This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07591203 4

RCB

IO. IACOBI REISKE

ANIMADVERSIONVM

AD

GRAECOS AVCTORES

VOLVMEN TERTIVM

QVO

THVCYDIDES, HERODOTVS

ET

ARISTIDES

PERTRACTANTVR

LIPSIAE

LITERIS LOEPERANIS

1761.

ASTOR LIBRARY NEW-YORK

PRAEFATIO.

AEQUO LECTORI S. D. I. I. REISKE.

Tertium hoc noſtrarum ad graecos auctores animadverſionum volumen diu moratae ſunt acerbi hujus belli clades, quo publicae privataeque noſtrae fortunae miſerum in modum conturbatae afflictaeque jacent. Eſt tamen quod huic opuſculo, ut in malis, vel de his ipſis moris, quas patriae calamitas ei objecit, gratuler, quod per eas factum eſt, ut typographo coeptam hujus opuſculi excudendi operam aliis atque aliis novis interſtinguere et interpellare coacto, mihi otium fieret, quas ad Ariſtidem pertinentes ſchedas ei tradidiſſem, eas ab illo repetitas denuo recognoſcendi atque ad incudem revocandi. Neque operae me poenituit in ea re collocatae; moleſtae quidem illius, ſed fructuoſae tamen. Eas enim ſchedas, quas vere anni 1757. exaraveram, (ne vos quaeſo, aequi lectores, diligentiae hujus in annotando tempore tenuitas offendat) eas igitur cum hujus

anni, quem nunc degimus, 1761, vere item recognoſcerem, in multos earum locos incidi, ad quos quae dudum ante annotaveram, ea, ut L. ille Porcius apud Catonem uxorem, non ex animi mei habebam ſententia. Quare vehementer vereor, ne, quae a pagina prima Tomi primi Ariſtidis ad p. 52. ejusdem Tomi annotata hoc volumine leguntur, dudum illa typis excuſa, antequam laborem recognitionis ſuſciperem, multo ea, quam poſteriora, minus judicium doctorum hominum ſuſtineant. Inter illas praeli moras factum eſt, ut ſchedarum mearum nonnullae perirent, illae puta, quae a p. 53. ad p. 56. pertinebant. Quem errorem ſerius cum animadverterem, quam ut ei occurrere poſſem, ex eo factum eſt, ut neceſſe habuerim, defectum illum in extremo opere ſupplere. Ut caetera omittam, quae curſum hujus opuſculi interceperunt, fuit in his ipſis vel maximum noſtra orationum Thucydidearum interpretatio germanica, eodem praelo excuſa, et paucis retro menſibus edita. Erunt forſitan, qui mirentur, cur Thucydidem, juniorem, Herodoto, ſeniori, praehabuerim. Decreveram nempe chartas hujus tertii voluminis ad Thucydidem pertinentes etiam illi, de qua modo commemorabam, germanicae interpretationi orationum Thucydidearum adjicere; et, quia perinde erat, quo loco tandem, priore an poſteriore, Thucydideae noſtrae notulae legerentur, dedi hoc

typo-

typographi precibus, ut Herodoteas illis poſtponerem, quo pueros praelum exercentes moleſtia numeros paginarum mutandi levarem. Utraeque multo hic emendatiores et locupletiores leguntur, quam olim Herodoteae in Miſcellaneis Lipſienſibus, et Thucydideae in Dilucidationibus Abreſchii V. C. prodierant. Non me pudet, neque poenitet hujus, quae viſa eſt quibusdam, inconſtantiae. Indies alia diſco, alia dediſco, exuo errores, et, ut fit, (humanum enim id eſt, neque humani quidquam a me alienum duco,) alios veteres errores aliis novis muto. Non videtur futurum, ut poſt has noviſſimas meas ad nobiliſſimum hiſtoricorum par commentationes olim aliquando rurſus ad eosdem animum adjiciam. Sed anni fere ſunt quatuor, aut quod excurrit, quum ad Petrum Weſſelingum, illuſtrem veteris literaturae auctorem et ſaeculi noſtri praeclarum lumen, ſchedas aliquas Herodoteas mitterem, ſi quid iis uti vellet in nova, quam cum maxime parat, patris hiſtoriarum editione. Intellexi poſtmodum ex ejus diſſertatione Herodotea, qua praeludere velut editioni illi ſuae voluit, multa in illis ſchedis mihi excidiſſe imprudenti minime probanda. Unde ſum excitatus, ut, illa, quam dixi, politiſſima diſſertatione adjutus, denuo Herodotum relegerem, measque ad eum conjecturas recognoſcerem. Cujus operae fructus Herodoteis continetur his tertiis meditationibus, quas

tertium hoc volumen Animadverſionum ad Graecos Auctores complectitur. In quibus, quae aut e primis curis, illis a Menkenio dudum editis, aut e ſecundis, ad Weſſelingum miſſis, repetita non ſunt, ea a me ſunt conſulto ſuppreſſa, et damnata. Ex his tertiis curis veras meas de lectionibus Herodoteis ſententias cenſeri volo. Haec hactenus de Herodoto et Thucydide breviter; quos ineunte anno 1759. noviſſime recognovi.

Nunc paulo copioſius de Ariſtide dicam, tametſi in hoc ipſo quoque brevitati ſtudebo. Ad quem emendandum nihil mihi adjumentorum ad manus fuit praeter noviſſimam editionem, Oxonienſem illam, a *Samuele Jebb* curatam, quae eſt numero tertia. Tres enim omnino ſunt ad hoc diei Ariſtidis editiones. Florentina principe nunquam ſum uſus. Nullus tamen dubito, poſſe ex ea non contemnendam bonarum lectionum meſſem colligi, ab eo quidem, qui lectiones aeſtimare norit; quod neſciunt homines Jebbi ſimiles. Summi facio principes quasque veterum auctorum editiones, ex quo mihi, ſuperioribus annis in Cicerone, et nuper admodum in Polybio, conſtitit, vel ſummos viros et de literis alias optime meritos, quorum honori tribuo, quod nomina diſſimulo, pro bonis vetuſtis lectionibus, quas non intelligerent, ingenii ſui commenta, ſaepe illa vaniſſima, nobis obtruſiſſe,

quae

quae nos, rei geſtae ignari, bona fide pro veterum auctorum oraculis et in elegantiis habemus, tametſi nunquam illis ea in mentem neque venerunt, neque potuere venire. Sed haec alias, cum clariſſimis documentis, modo per fata liceat, planum faciemus, Naugerium, et ſi qui fuerunt alii Tullii praedones, haud raro, ſtultitia et cupiditate ſua, vulnera ei paene inſanabilia impoſuiſſe. Sed illuc redeo. Utebar olim aliquando Ariſtidis editione ſecunda, Genevenſi illa puta, quam Paulus Stephanus curavit. Sed eam abjeci rurſus, temere et damnoſe parcus, quod Anglicana videbatur ita et ad uſum et ad decus atque oblectationem copiis omnibus inſtructa et exornata eſſe, ut nil eſſet cauſae, cur Genevenſem, incultam illam horridulamque et paene deformem, quae videbatur, deſiderarem. Sed fefellit me opinio mea, coepitque me tandem erroris mei poenitere. Quanquam enim haud paucas bonas lectiones e Genevenſi codice ad Oxonienſem annotaram, quo tempore adhuc ambobus utebar, nullus tamen dubito, quin, ſi diligentius Genevenſem aut olim inſpexiſſem, aut nuper in novisſima recognitione ad manus habuiſſem, multo plures fuiſſem ex ea lectiones veras eruturus. Non caret quidem Oxonienſis liber praeclaris ornamentis, in quibus cum chartarum nitor inſignis eſt ad commendationem, tum lectionum varietas in imo margine annotata facile caeteras commo-

ditates* illius libri ſuperat et obſcurat. Sed rurſus vitiis multo ad turpitudinem inſigniori-bus obſitus eſt ille liber, habetque hoc cum non paucis aliis in Anglia curatis editionibus graecorum et latinorum auctorum commune, ut artifex ejus ipſe ſibi defuerit, et librariorum diligentiam magnificentiamque ſummam incredibili ſupinitate et jejunitate ſua deſtituerit atque deriſui expoſuerit. Poteram jure meo (meritus enim eſt vel acerbiſſimam animadverſionem) in Jebbi dorſum impotenti flagello ſaepiſſime deſaevire. Res ipſa loquitur, Jebbum, hominem, qui alias non malus, neque alii literarum generi ſtylo exornando impar fuiſſe videtur, in Ariſtide edendo laborem ingenio ſuo majorem ſuſcepiſſe. Complectar omnia paucis, quo increpandi taedio, quia neceſſe eſt, vel ſemel defungar; Graecitatis, praeſertim Demoſthenicae, hoc eſt, exquiſitioris et atticae, qua excellit Ariſtides, ſi quis hominum ullus alius unquam ignarus fuit, fuit Jebb omnium ignariſſimus; in emendando labitur paene ubique; elementorum graecae linguae ſe rudem haud uno loco prodidit; in judicando plane fuit coecus, et delectu lectionum ſaepe uſus, non abſurdo, ſed plane nullo. Vetuſta vulnera in ipſo auctoris corpore reliquit, quibus tamen certam praeſentemque dabant medicinam manu exarati codices, quibus ille aut uſus eſt, aut uti poterat, ſi volebat. Neque ſatis hoc ille habuit, ſed vel novis men-

dis

dis veteres cumulavit. In tradenda varietate lectionum e libris ſuis incredibili ſocordia verſatus eſt, et ita miſcuit omnia, ut ſaepe quid in ejus libris fuerit lectionis aut plane neſcias, aut dubia conjectura vix aſſequare. Operis ſuis nimium licentiae in graecis recudendis permiſit, ut ſaepe verſus totos perperam iterarent, alios ſingulos binosve omitterent. Perſaepe vix mihi a probris in improbum auctoris optimi praedonem temperavi. Saepe jam, cum has animadverſiones conſcriberem, ferrum candens manu tenebam, quo frontem hominis expudoratam notis ad omnem memoriam manſuris inurerem. Sed malui ſeveritatem cenſurae huic loco reſervare; cui, etiam ſi vellem, denegare indicii veritatem non poteram; quo docerentur noſtri ſimiolae, graecarum et latinarum literarum rudes, ſed ad ſpeciem, mimi ergo, mirifice appetentes, ſplendidas illas editiones, quas tanti faciunt, tantique emtitant, minoris facere, et paulo faſtidioſius appetere, quas oculis modo judicant, non merito, ex chartis et typis, non ex re et uſu. Sed levitatem Jebbi videte, niſi dementia ea eſt. Quo tempore Jebb ſuum Ariſtidem adhuc editioni comparabat, mittebat ad eum Petrus Burmannus, primus, (ſecundus enim ita vult eum appellitari) exemplum Florentinum, quo Canterus ipſe erat uſus, et in cujus margine, praeter ſcholia adhucdum inedita, quam plurimas emendationes ſuas, edita

latina interpretatione recentiores, perſcripſerat. Quod alius quicunque editor inſigne decus novae ſuae editionis et magno aere, et officiorum omni genere redemiſſet, hic ultro oblatum quo loco habuit? ecquid vobis videtur? Eodem, quo gallina margaritam habet in ſterquilinio abjectam. Monile fui. Non modo nihil ex eo libro ſuam in editionem intulit, ſed ne mentionem quidem ejus fecit. Quem multis annis ſecum habuiſſet librum, eum tandem domino, ne ulla quidem cum gratiarum ſignificatione, ſuperbo cum faſtidio, ut rem frivolam et tralatitiam, remiſit. Ex quo quid efficitur? Hoc nempe. Jebbum aut neſciſſe bonis praeſentibus uti, aut ea literarum graecarum ſtudioſis invidiſſe, ſi ipſis invidit, non ſibi. Verum, quod eorum ille commodis detraxit, id ipſe ſuae famae denegavit, id ſuae laudibus editionis eripuit. Eſt nunc ille codex penes Abreſchium, V. C. qui cum hoc de Jebbi flagitio mihi ante hos viginti ferme annos narraret, ex ipſo Burmanno affirmabat ſe accepiſſe, ſi bene memini quae ex eo tum audiebam, et vere ab eo tradita retuli. Sed facile fiat, ut longitudo interjecti temporis impoſuerit memoriae meae. Sed obtulit idem Vir doctiſſimus ultro, qua eſt erga me mirifica facilitate, hujus mihi codicis Canterani uſum; quem tantiſper deprecatus ſum, donec mea ad Ariſtidem obſervata in lucem protuliſſem; ne magna pars mearum mihi periret ani-

mad-

madverſionum; eaque res mihi dolorem afferret, cogitata et inventa expungenti omnia, quae mihi cum Cantero communia viderem, et ab illo jam occupata: neve in plagii ſuſpicionem, mihi mea inventa ſervans, incurrerem penes eos, quibus aegre poſſet perſuaderi, tantum mihi ſupereſſe religionis, ut alienis bonis in poteſtatem meam datis abſtineam. Fieri tamen poſſit, ut nova haec Canterana ſupplementa, ſi humaniſſimus dominus ea meae fidei committere nil dubitet, in harum Animadverſionum finem quarti, aut alius, voluminis rejiciam, niſi multitudine excludantur. Fuit etiam editionis Florentinae exemplum a Joſepho Scaligero paſſim notatum in bibliotheca Boerneri, theologi haud ita pridem in hoc literarum univerſarum ſeminario primarii; unde dicitur Amſtelodamum in bibliothecam Petri Burmanni, ſecundi, quem ipſe ſe fert, migraſſe. Quem librum quum in ſectione manibus tractarem, occurrebant perluſtranti perpaucae et rarae notulae, in quibus edendis ſi multum gloriae poſuiſſem, aut ad eam rem ſtudium et ambitionem conferre voluiſſem, licuiſſet eas notas in hac ipſa urbe reperire, et precibus a viro quodam humaniſſimo impetrare. Sed non videbatur in illis ſcaligeranis ad Ariſtidem notulis tantum ineſſe, ut de illis adipiſcendis edendisve multum laborarem.

Com-

Commemorabam paulo ante de quarto volumine harum Animadverſionum. In quod paulo poſt, ſi Deo videbitur, praelo emittendum, conferam ea, quae in adverſariis ad Demoſthenem et Diogenem Laërtium conſignata habeo. Quintum implebunt, ſi eo perveniemus, Polybiana, niſi interea contingat, ut nova Polybii, quam in hac urbe adornari ajunt, editio mea conſilia praeveniat. Quae editio, vehementer optandum eſt, ut ne aliud nihil ſit, quam Gronoviana recocta. Non contemnenda profecto eſt editio Polybii Gronoviana, et eſt ad hoc diei omnium praeſtantiſſima. Multum tamen ea a perfectione abeſt. meminerint, qui Polybium nobis typis Lipſienſibus recuſum dabunt, Gronovium in Polybio figlinam in amphora didiciſſe. Habeant velim ſui nominis, et hujus urbis, et Germaniae rationem, eumque ornatum Polybio circumponant, cujus exteros ne poeniteat. Ego equidem, pro eo, quo in Polybium exarſi, amore atque ſtudio, quem ita frequenter lectitavi, ut alium neminem, neque graecum neque latinum, frequentius, ita in eum diligenter commentatus ſum, ut, quae ad eum annotavi, niſi ſum iniquus ingenii mei judex, omnium, quae ab ingenio meo profecta ſunt, ſi quid in illis eſt non contemnendum, auſim vel in elaboratiſſimis habere. Quae Polybiana ſi unquam potero in lucem proferre, ſpero, me tum per ea hoc effecturum, ut cum illis in

gra-

gratiam redeam, qui de mearum notularum jejunitate queruntur, et aridiſſimarum emendatiuncularum macie atque ruſticitate offendi ſe haud diſſimulant. Volunt illi dictionum graecarum vim et rationem magnis exemplorum agminibus declaratam, et dicendi genus copiis rerum et antiquitatis lepore conditum. Quorum faſtidio abunde ad Polybium, ni ſata intercedent, a me ſatisfiet. Eſt quidem, neque enim inficiabor, commentandi hoc genus, quo adhuc uſus ſum, ſubtriſte, eorumque ſtudiis alienum, qui, cum otioſi volutare ejusmodi libellos, iidemque de illis, ut judices pedanei de plano, judicare volunt, tum ipſos auctores ſevera cum cura lectitare, et in contubernio velut habere, reformidant. Sed eſt tamen, ni fallor, mea ratio, cum effectu difficilior, tum uſu fructuoſior. Magna commendatur ſuavitate, ſed et utilitatibus ampliſſimis, ſtudium, quod in enucleandis dictionibus graecis collocatur. Sed aſſiduitatis in legendo ſatis in eo cernas, ingenii atque judicii parum. Corruptos autem locos emendare, multo majoris eſt operae, fructusque multo uberioris. Centeni facile, homines navi et induſtrii, farragines dictionum corrogent, materiam lexicorum; ne deni quidem vi mentis acri et quaſi divinatrice ſunt praediti. quam vim, quanquam non tam deſipio, ut mihi arrogem, ſum tamen in hanc partem, quae conjecturam ſequitur, quam in illam, aerumnoſae ſedulitati damna-

damnatam, animi propenſior. Haec hactenus, non quo me efferam, neque aliorum fructuoſam induſtriam elevem, ſed mei purgandi cauſa, ad viros, honeſtos illos quidem, ſed parum aequos eosdem, quibus omnia a ſuis rationibus et inſtitutis et moribus aliena improbantur.

Eſſet nunc mihi de Canteri interpretatione dicenda ſententia, quam paſſim, non correxi, non enim auſim mihi tantum arrogare, ſed planiorem volui circumſcriptione facere. Eſſent, ſi praefationem, ut hodie loquuntur, criticam, ſed pragmaticam rectius dixeris, ad Ariſtidem conſcribere ſuſciperem, ex hiſtoria, quam appellant, literaria ea afferenda, quae inter legendum mihi paſſim occurrerunt, ad Ariſtidem pertinentia. Ego vero diſſimillimus hac in re germanorum ſum, quibuscum generis et originis communione conjungor, qui mirifico ſtudio colligendarum ſcitarum ejusmodi obſervationum, ad tempora et ſcripta auctoris cujusque pertinentium, ſtudio tenentur. Et ingenio et animo ſum ab hoc ſtudio alienior, et ſegnior, quam par erat, ad ejusmodi χαρίεντα literaria in adverſariis ad memoriae ſubſidium deponenda, et uſus tempore inde expromenda. Libris adeo non abundo, ut vel neceſſariis multis caream: hiſtoriae autem literariae, quam appellant, ſtudioſos copiis librorum affluere oportet. Otium, quo non careo,

reo, malo in vetuſtis auctoribus legendis, et in meis ad eos obſervatis iterum iterumque retractandis, quam in volutandis novorum voluminibus et in coacervanda materia hiſtoriae literariae, conſumere. Quare nihil eſt, cur quisquam a me hoc loco novi quid aut de rebus ad ipſum Ariſtidem, aut ad ejus ſcripta, aut ad eorum editiones, aut ad codices manu exaratos, aut ad hominum doctorum praeclaras de iis bene merendi voluntates pertinens exſpectet. De quibus omnibus nihilo plus mihi, quam vulgo, e Fabricii Bibliotheca graeca conſtat, qui praeſtantisſimus liber adeundus eſt.

De interpretatione Canteri latina itaque ſi mihi ex animi ſententia judicandum eſt, quod poſſum aliud de ea praedicare, niſi praeclara, honeſta, magnifica omnia. Canterus, tametſi fuit ea hominum memoria, qua contigit ipſi in rebus humanis verſari, quae aetas multis carebat adminiculis, quibus noſtra nunc gaudet, et tametſi iis excesſit aetatis annis, quos paucos, in corpore morbido et ruinoſo, exegit, graecarum tamen ita fuit latinarumque literarum peritus, ut pauci ſint vel hodie cum Cantero eo in genere comparandi; edendaque hac Ariſtidis interpretatione latina declaravit amplitudinem ſuarum literarum, ut videatur in ea exemplum inſecuturis ſaeculis proponere voluiſſe, interpretationis omnibus paene numeris

meris abſolutae, quod poſteri admirarentur magis, quam aut vincerent, aut adaequarent. Ita inter ſe certant in Canterana interpretatione cum fide brevitas, cum peritia rerum, ipſius quoque ſermonis utriusque mirifica intelligentia. Unum fere eſt in ea, quod notes. Obſcurus fit interpres interdum, dum brevis eſſe laborat. Quod aliter fieri non poterat. Scriptorum graecorum quotquot legi, neque tamen perpaucos legi, qui quidem libero dicendi genere uſi ſunt, poſt oratorem Thucydidem unus Ariſtides, mea ſententia, eſt omnium intellectu difficillimus, cum propter incredibilem argumentationum et crebritatem et ſubtilitatem, tum propter graecitatis exquiſitam elegantiam. Ita enim eſt Demoſthenem Ariſtides ad verum et dexterrime imitatus, ut minutus Demoſthenes appellari mereatur. Cedit in plerisque Hadrianenſis Sophiſta Paeanienſi oratori; ſunt tamen rurſus non pauca, in quibus hunc ille ſuperat. Minor eſt Ariſtides veritate rerum. Nam in umbra ſcholarum et in fictis cauſis conteritur. Demoſthenes orator eſt civilis et forenſis. Dictionis in utroque idem color; ſed Demoſthenem ipſa natura et veritas animat, fulcit, gubernat et greſſus ejus in itinere eloquentiae certos, expeditos, celeres facit atque moderatur. Ariſtidem ars una ſuſtinet; gradus, velut hiſtrio, multo quidem eruditiores, ſed minus tutos, minusque commodos, et minus faciles promovet.

moyet. Nimia ſubtilitas et diviſionum crebritas, ad quartum ſaepe quintumque articulum productarum, ſophiſtam prodit argutum, ſed mollem, enervem et exſanguem; oratórem fortem et potentem haud decet. Sed nulla res magis Noſtri luminibus officit, quam umbratile argumentum. Demoſthenis acumen in argumentando magnum eſt et admirabile: ſed multo id eſſet in Ariſtide majus et admirabilius, niſi levitas et vanitas ipſa argumenti omnes, qui ſunt fortiſſimi et intentiſſimi, concluſionum nervos incideret. Quod ei eveniſſe nemo mirabitur, tempora literarum recogitans, in quae par hoc, quod inter ſe comparamus, nobiliſſimorum hominum incidit. Demoſthenis quidem aetate jam artes dialecticae in ſcholis Platonis magna exercebantur contentione, ipſaque lectio Demoſthenis docet, eum in illa palaeſtra ſtrenue deſudaſſe. Multo tamen majore ſtudio ab ejus exceſſu laboratum eſt, ab Academia recentiore, cum Stoa quaſi in certamen congreſſa, in dialecticis argutiis ad ſubtilitatem tantam atque tam mirificam elimandis, ut haud ſciam an huic ſaeculo noſtro non facile ſit imitabilis. Rem loquor, de qua inter omnes conſtat, qui temporum, quae philoſophia ſubiit, non plane ſunt ignari, neque Tullii hoſpites. Tullius enim his ipſis ſcholis, cum Ariſtide, ſed ante eum, innutritus, proh deum immortalem, quantam acutiſſimi ingenii ſui admirationem excitavit! Sed, a quo genere vitae

 civili

civili Ariſtidem cum naſcendi ſors, tum corporis infirmitas, tum denique ejus fortunam ſecutum animi ſtudium abalienabat, eo genere vitae uſus Tullius, et utramque fortunam expertus, genere dicendi per vices uſus idem eſt utrique accommodato, ut qui locum haberet, quo caruit Ariſtides, utramque facultatem, et oratoriam et dialecticam, proferendi; et, ut erat judicio acerrimo, cum dicendum in curia, in foro, in concione haberet, dialecticam ſubtilitatem ita oratoria popularitate perfudit atque contemperavit, ut obruiſſe paene videatur. Rurſus reflantibus reip. ventis ad portum philoſophiae et ad receſſus privatae vitae confugere coactus, et in ſcholas academicas detruſus, arma dialectica, in quibus juventutem exercuerat, ut Ulyſſes ſua e camino, ſqualore et fumo ſordidata, ita ex diuturno otio detraxit, exterſit, polivit, et in ſcholis Tuſculanis, cum ad homines literatos de graviſſimis quaeſtionibus diſputaret, dexterrime rotavit, atque ſpicula concluſionum vehementiſſime intorta ſparſit. Ariſtidi autem et origo generis, et corpuſculi miſeriae, morborumque creberrimae interpellationes aditum ad remp. et ad ſubſellia forenſia negarunt. ex quo factum ut cum aut in umbra lectuli, aut in ſinu Aeſculapii conſeneſceret, lumina ejus oratoria exſtinguerentur, et ſpiritus facundiae ab oratoria majeſtate ad ſophiſticam tenuitatem deciderent. Adde communem illius aetatis infelicitatem,

tem, quae orbi Romano cum libertate vim eloquentiae omnem eripuerat atque intereme- rat, et quicquid e priſtina ſupereſſet elegantia, id omne anguſtiis ſcholaſticarum controverſiarum concluſerat. Non itaque mirabimur vitia ingenio meliori cum ſaeculo deteriore communia: quae nunc, ut coepimus, perſequemur. Tundit enim Ariſtides identidem eandem incudem, ad faſtidium, ut cogitandi et ratiocinandi ſpectans quaſi lacertos, obſtupeſcas, et argumentationum laqueos alios ex aliis nexos mireris, et aut rideas tantam contentionis vanitatem in argumenti levitate, aut aegre feras acerrimi ingenii fructum in re non graviſſima temere profuſum. Sed erat ea, quod diximus, non Ariſtidis, ſed ſaeculi labes, quod eum tulit. Quem itaque auctorem ex eo genere vel intelligere modo et conſectari cogitatione, non ſit cujusque, ſed acerrimae ſolummodo attentionis, et ingenii plane dialectici, eum latine reddere; hoc eſt, fideliter, concinne, preſſe, terſa puraque dictione reddere, cujus putatis eſſe? Sed hae ſunt omnes laudes Canteranae interpretationis, quibus facile, quisquis aequus eſt, minutos illos et numero paucos, qui ei adhaeſere, naevos condonet. Brevitatis enim affectatio, haud raro hanc interpretationem ipſis graecis verbis, quae ſunt perobſcura, multo facit obſcuriorem, ut ſine graecis latinorum ſententiam nullo modo poſſis aſſequi. Ubi locorum id eveniſſe ſuſpica-

 bar,

bar, ibi inſpexi haud raro latinam interpretationem. Quam cum videbam aut dubiam et obſcuram, aut a graecis verbis disſidentem, ibi eam modulo meo reformavi. Quod rarius a me factum ſuſpicor, quam fieri poterat. Nam ubique latina Canteri ad graeca Ariſtidis ut exigerem, in mentem mihi non venit. Ubi feci, aut caſu feci, aut ſuſpicione admisſi alicujus erroris adductus. Eſt etiam cum ſententiam in Canteranis non male redditam modo paulo planioribus verbis aperire volui. Perſtrinxi itaque illam interpretationem, ὡς ἔτυχε, ut animus ferebat, ſub initia, recente adhuc ſtudio, aliquanto ſpisſius; ſub finem refrixit hoc ſtudium, eique ſuccesſit taedium operae, qua profeſſus Ariſtidis editor juſtius atque decentius, quam ſcriptor animadverſionum, defungatur; cui ſcriptori ſatis hoc eſſe debet, ſi numero exemplorum propoſito planum fecerit, neceſſe omnino eſſe, ut haec interpretatio, cum ſit in ſuo genere longe excellentisſima, tamen ab illis erroribus, quos humana parum cavet imprudentia, liberetur. Non erit paulo aequior, et uſu harum rerum callens, qui fraudi hanc notam noſtram Cantero vertat, aut gloriae ejus me obtrectare aut inſidiari ſuſpicetur. Satis has labeculas et fortunae adverſae, quod dicebam, excuſat acerbitas, quae Canterum vix adultum ſuſtulit, neque ſecundis eum curis primarum maculas eluere paſſa eſt; et magna Canteri cum de Ariſtide

ſtide, tum de omni vetuſta literatura obſcurant merita. Ipſe denique vivus adhuc ſuam interpretationem recognovit et limavit; neque per ipſum ſtetit quo minus fructum hujus recognitionis nos perciperemus, ſed per hominis ſtultitiam, neſcio quibus intemperiis acti, carendum Cantero peracti a ſe laboris gloria, nobis fructu fuit. Agnovit ergo ſuos ipſe lapſus, videturque multo eos melius et deprehendiſſe, et correxiſſe, quam noſtrum quisquam hodie faciat. Humanae veſtigia incogitantiae abeſſe ab ejusmodi opere nullo modo poſſunt; multoque facilius et in medio poſitum eſt, partes quasdam operis pulcherrimi univerſae pulchritudini non ſatis concinentes notare, quam totum omnibus numeris perficere, expolire atque abſolvere.

Haec hactenus. ſupereſt, ut breviter demonſtrem, quid in eo ſpectaverim, quod ex illa varietate lectionum, qua margines ſuae editionis imos Jebb inſtruxit, ſi quid illi farragini bonae frugis ineſſe viderem, id illinc repetii atque retuli. Quae diligentia, vereor ne ſint, quibus ſupervacanea et male collocata videatur, et a mea perſona aliena, qui mearum ad graecos ſcriptores animadverſiónum auctorem, non lectionum alieno ſtudio dudum vulgatarum, praeconem, hic profitear. Adhibenda itaque illa diligentia volui eorum ſtudia, qui Ariſtidis lectione delectarentur, ſublevare,

quod animum ita induxi, eſſe multos, qui mecum idem patiantur, ut inter legendum ad margines varietate lectionum oneratos raro et inviti oculos dejiciant. Quod aliter evenire nequit, quia, qui ſaepe vana ſpe deluſi abierunt, diffidere impoſtori, etiam cum verum ait, incipiunt. In denis quibusque variis lectionibus vix ſingulas ineſſe bonas, qui vident, ii totum genus contemnere, et de fructu inſpectionis atque de judicio collectoris deſperare incipiunt, aegreque eo deveniunt, ut e ſterquilinio lectionum abſurdarum et ridicularum bonae frugis ſi quid ineſt eruant. Occurritur ejusmodi lectorum faſtidio, ſi purgatas a ſcoriis venae micas nobilioris illis oſtendimus, quas a nobis non admoniti eſſent transmiſſuri. Praeterea quas e codd. Anglicanis retuli bonas lectiones, in eas fere omnes dudum ante ipſe conjectura deveneram; ut iis proponendis non magis aliena bona, quam mea propria, proferre videri debeam. Malui tamen eos auctores laudare, quorum et auctoritas eſt major, et fides certior, quam inventionem mihi arrogare, cujus et auctoritas in hac teſtium concurſatione poſſit videri ſupervacanea, et fides in ſuſpicionem cupiditatis venire. Exhauſtam a me eſſe lectionum e libris Anglicanis relatarum omnem praeſtantiam, neque ipſe exiſtimo, neque aliis perſuadere auſim. Relicta igitur a me eſt futuro Ariſtidis editori pars operis non exigua haec, ut e lectionibus Anglico-

glicorum codicum probas omnes deligat, et in corpus orationis graecae inferat. quod ut eſt nonnihil ad reſtituendam huic auctori priſtinam integritatem, ita tamen non eſt valde multum, et deſperatum atque conclamatum eſt de Ariſtide, niſi e libris gallicis atque italicis lacunae poſſunt expleri, quae et multae et foedae libros ejus vulgares obſident. Relicta eſt item pars operis altera, ut ſophiſtam cum oratore, quem aemulatus eſt, diligenter conferat, Demoſthene puta; cujus collationis et cura ſerius mihi in mentem venit, et facultas una cum propoſito defuit. Tertia ſupereſt, quam plane non attigi, ut e ſcholiaſta, quicquid poteſt, ad emendandum Ariſtidem colligatur. quanquam non multum id eſſe exiſtimo, qui de univerſo genere graecorum interpretum parum ſplendide ſentiam, quos ſaepe taedii et inficetiarum et caliginis plenos, indoctos, ineptos et plane ſtultos atque aniles reperi, eoque raro inſpicio. videtur quoque Thomas Magiſter ad emendandum Ariſtidem non nihil poſſe conferre. quamquam periculum ejus rei nullum feci, tametſi facile erat experiri, cum index, quo inſtructa eſt noviſſima Thomae editio, ad quam ornandam viri doctiſſimi certatim ſymbolas contulere, locos Ariſtidis demonſtret, quos Thomas quamplurimos excitavit. Fertur inedita ad Ariſtidem ſcholia Graevius habuiſſe, a quo ad Burmannum Leidenſem perveniſſe videntur, inde ad

Abre-

Abreſchium. Metrodorine ſint ea ſcholia, e Tollio quaerit Cuperus epiſtola quadam, cujus particula relata legitur in il Giornale di Parma Anni 1687. p. 256. quem locum, ni fallor, enotavi e Joſephi Bartoli interpretatione italica graeci epigrammatis, ſtatuae ſubſcripti illi, quam cum Antinoënſes graeci aliique per Delta Aegyptiacum ſparſi, Ariſtidis cohoneſtandi cauſa dedicaviſſent, diu humo abditam casus aliquis noſtra memoria in lucem protulit, et laudatus Bartoli uberrimo illuſtravit commentario Veronae Anno 1745. in quarto majori edito. quem commentarium obiter a me tum temporis inſpectum, quum recens ab editione eſſet, nunc deſidero. Ponam tamen hic illinc excerptam inſcriptionem illam graecam, eorum in gratiam, qui memoriam et reliquias Ariſtidis magni faciunt. ſic habet. Η πόλις ἡ τῶν Ἀλεξανδρέων, ἡ Ἑρμȣ́πολις ἡ μεγάλη, καὶ ἡ βȣλὴ ἡ Ἀντινοέων νέων ἑλλήνων καὶ οἱ ἐν τῷ Δέλτα τῆς Αἰγύπτȣ, καὶ οἱ τὸν Θηβαϊκὸν νομὸν οἰκȣ̃ντες Ἕλληνες ἐτίμησαν Πόπλιον Αἴλιον Ἀριςείδην ἐπὶ ἀνδραγαθίᾳ καὶ λόγοις. Meritum ſane honores, vel maximos. quorum major illi nullus haberi poteſt aſſidua ſcriptorum ejus reliquorum lectione, noſtris hominibus etiam atque etiam commendanda, ad ſtudia eloquentiae verae, praeſertim atticae, nimis ſegnibus. Quos ſi parum ſtimulat oratio noſtra, ſi Normanni, ſi Canteri, ſi aliorum magnificentisſimae de Ariſtide praedicationes, recentiorum hominum;

Liba-

Libanii tamen debebat ſatis valere judicium ad animos noſtros Ariſtidis amore concitandos, qui cum eloquentiae graecae pro ſua aetate ſummus fuit artifex, et exſpirantis noviſſimus quaſi ſpiritus, tum peritiſſimus fuit judex. Ex uno Libanio ſi vellem locos colligere, quibus ille ſuum erga Ariſtidem ſtudium declaravit, poteram orationis longam ordiri telam, praeſertim ſi et Libanii epiſtolis repeterem, dudum poſt noviſſimam Ariſtidis editionem in lucem prolatis, omnia ſummi illius ſtudii veſtigia. Poſſem in illis epiſtolis declarandis operam haud ſcio an non prorſus inutilem ponere, cujusmodi ſunt epiſtol. 530. ubi de oratione illa commemoratur, quam Libanius exercitii ergo pro ſaltatoribus ſcripſit adverſus Ariſtidem; item epiſt. 1548. et 546. e qua colligo Palladium, rhetorem Ancyranum, pari ſtudio ductum, aliquid adverſus Ariſtidem eſſe commentatum. quod tantum abeſt ut odii ſit alicujus indicium, ut potius amoris atque ſtudii ſummi graviſſimum ſit teſtimonium; quemadmodum ipſe Ariſtides conſcribendis adverſus Platonem Demoſthenemque adverſariis, ſummi eos a ſe fieri demonſtratum dedit. Poſſem de picta Ariſtidis imagine, qua ſe delectari Libanius epiſtola 1551. feſtiva hercle, ſi quae alia eſt, affirmat, quaerere. ſed reſervo ea omnia Libaniano apparatui, quem aliquot abhinc annis comparari coeptum, aliis atque aliis negotiis interpellatus, tantiſper ſepoſui, tempus

exſpectans; ſi id unquam vivendo attingam, quo mihi licebit illum apparatum publicae luci exponere. Quamquam enim ipſum Libanium edere mallem, et honeſta veſte indutum in publicum producere, interimit tamen omnem illam ſpem hujus ſaeculi infelicitas, quam ſatis effugiſſe atque viciſſe videbor, mihique ſatis gratulabor, ſi ea ſaltim proferre potero, quae futurum Libanii editorem non parva operae parte levent. Scripſi Lipſiae
d. 6. Octobr. 1761.

AD

THVCYDIDEM.

LIBER I.

3. 24 ſ. ὀλίγων καὶ ἀτειχίστων, quippe numero paucis, iisdemque opere nullo munitis. 35. διὰ τὸ delendum eſt, vt ſcholium dictionis ἐκ τοῦ. 37. ἐς τὰ ἄλλα.] ſubaudi ἤθη vel χωρία in alias regiones. *ſententiae illius, modo propoſitae, quae affirmat, propter tranſitiones in alias regiones non ſimiliter augeri vel incrementa capi,* [impersonaliter] *hoc argumento eſt, quod nunc dicam,* — quum *ſimiliter* dicit, reſpicit ad ſubaudiendum, *quam ſi nullae euenirent tranſitiones vel migrationes.*

4. 45. τὴν τῶν. 48 χεῖν, aut ἔχειν. non offendit me ſtructura δοκεῖ cum ἔχειν; nam ea etiam Herodoto familiaris eſt: ſed debet idem tenor in eadem ſententiae complexione obſeruari. 50 κατὰ ἔθνη δὲ ἄλλα τε] ſubaudi ἔθνη. tantundem eſt ac ſi dixiſſet ἔθνη δὲ ἕκαστα ἀφ' ἑαυτῶν παρέχεσθαι, καὶ ἄλλα, καὶ μάλιστα τὸ Πελασγικόν. 53 αὐτοὺς. *ſemetipſos offerentibus et ingerentibus.* 55 μᾶλλον. ſaepe Herodoto, Thucydidi, aliis idem eſt atque *crebro,*

frequenter, multum. Sententia eſt a conſuetudine ſingularium Graeciae populorum cum Hellenis ſobole, (quae ſoboles paſſim vrbium praeſidia tenebat, et mercede vrbes cuſtodiebat) factum eſſe, vt populi illi ſingulares ſeorſim quique Hellenes vocitarentur, non autem totus illorum populorum complexus. id quod tardius accidit. 59 ὠνόμασεν.] ſubaudi. ἕλληνας. I VI. ἀντίπαλοι εἰς ἕν.] idem eſt atque εἰς ἓν ἀντίπαλον. *nondum (ſic mihi quidem videtur) eo tempore nomen* Ἑλλήνων *erat nomen illi ſignificationi conſecratum, qua deſignaret vno vocabulo populum vniuerſum barbaris oppoſitum.* ἕλληνες ſunt nomen vnum ἀντίπαλον opponi ſolitum τοῖς βαρβάροις.

5. 66 mallem ὅσαι, vt ad πόλεις referatur, ſententia hac. *Hellenes igitur, tam illi ſingulares et per ciuitates ſparſi, quae quidem et ipſos* [Hellenas] *intelligerent, et ab ipſis intelligerentur; quam illi vniuerſi poſtmodum ſic dicti* — 68 ante ταύτην deeſt ἐς vel πρὸς. 70 παλαιτάτος ὤν, ὧν ἀκοῇ. 76 ἐ.] leg. τῇ.

6. 88 f. τινὲς, ὡς ἔτι καὶ νῦν κόσμ. 89 poſt ποιητῶν videtur aliquid deeſſe, e. c. παρ' οἷς φαίνονται [ſcil. homines] ποιούμενοι, *penes quos conſpiciuntur homines ſimili modo percunctantes eos omnes, qui ad ſe deferantur.* 97 viſitatius quidem eſt σιδηροφορεῖν in activo, vt ſtatim quoque ſequitur verſ. 99 ἐσιδηροφόρει. quod ſi tamen bene habet vulgata, ita debet accipi,

vt, *in corpore ſuo gerere ferrum, ſui tuendi cauſa.* 3 aut locô ταῦτα leg. eſt τὰ, aut hoc τὰ poſt ἰλλάδος eſt adſcribendum. 5 aut delendum δὲ aut leg. ὅιδε. 6 ἀνειμένῃ διαίτῃ] hi datiui ſunt pro πρὸς ἀνειμένην δίαιταν. *ad vitae rationem tranſierunt non nihil ad mollitiem remiſſam.* 8 f. αὐτοὶ *ipſi ſenes.* ſunt enim ſenes alias a mollitie et luxu alieni, ſeueri. non ſolum iuuenes, ſed vel ipſi quoque ſenes noſtri, qui opibus praeſtarent, gerebant, haud ita pridem adhuc, interulas lineas, quod luxus erat genus. 11. ἐνέρσει [vna voce] κρωβύλους. *inſertione cicadarum aurearum, cincinnos crinium conſtringentes, vel continentes.*

7. 14 τρόπον] ſubaudi κατεσκευασμένῃ. 18 μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι] ſic dicere maluit, quam aut πρὸ τοῦ γυμνάζεσθαι, aut μετὰ τὸ γυμνάζεσθαι, quia tam ante luctam, quam poſt, vngebantur. 21 πέπαυνται. ſcil. ἔχοντες διαζώματα. deinde f. ἔτι δὲ καὶ νῦν ἐν τῶν βαρβάρων ἐστὶν οἷς — ſic certe mollius flueret oratio. verum Thucydides non magnam ſuauitatis curam in oratione habuit. 24 f. ἄλλα τις λέγων ἀποδείξειε. 30 f. εἰκάσαι. 31 videtur omnino Stephanus rectum vidiſſe ἀντισχοῦσαν praeferens.

8. 35 ἄνω οἰκισθεῖσι. 38 *maiores proximi incolis repleuerunt.* 42 ξυνηθροισμένων. 48 ante ποιούμενοι videtur περιγενόμενοι vel δι' ἐπιμελείας vel ſimile quid deeſſe. v. tamen p. 11 *antepen.* qui locus vulgatam lectioni ſuffragatur.

9. 76 τε] l. δὲ. 77 στρατιὰν. 81 τὸ σκῆπτρον παρέδωκε est ea pars Iliadis B. a verſu 101 ad 109 vbi enarrat ſucceſſionem ſceptri per maiores Agamemnonis; quorum primi illud a Ioue et Mercurio acceptum poſteris velut per manus παρέδωκαν, tradiderunt. 86 στρατιάν. 88 ἐν] l. νῦν. in μακρὰν ſubauditur τι vel χρῆμα. poteſt quoque μακραὶ legi. 89 f. poſt τότε excidit περιφανῶς aut ἐνδόξως.

10. 30 poſt βιοτεύειν comma ponendum, et verſu 31. poſt ἐκράτησαν punctum; et δὲ verſ. 30. delendum. *tantum copiarum ſecum ducebant, quantum putabant poſſe bello gerendo ſibi victum comparare, poſteaquam appulſi pugna hoſtem viciſſent.* aut: *nam, quamprimum appellerent aut ingrederentur in hoſticum, pugna commiſſa hoſtem ſubmouebant.* Vlt. comma poſt βίᾳ promovendum, *ſuſtinebant aduerſus hoſtes per vim, decennio integro.*

11. 52 non male addideris οἱ ante ἐκπίπτοντες. ſed poteſt etiam haud aegre abeſſe. 57 f. ἀποδασμὸς καὶ πρότερον, copula transpoſita.

12. 91 f. ἀμφοτέροις *ambobus.* Graecis puta tam intra quam extra Iſthmum habitantibus, v. verſ. 85.

14. 28 αὐτοῖς. regitur hic datiuus a voc. κοινὸν: et αὐτοῖς dixit ad ſignificatam rem, ciues, reſpiciens, quanquam αἱ πόλεις praeceſſit. 41 f. τὸ ἐφ' ἑαυτῶν, *nulli alii rei proſpicientes, quam ſuae tantum aetatis [breui] ſpatio, tam in rebus ad corpus pertinentibus, quam in potentia ſuae*

domus

donent modis omnibus, quibus poſſent, beneficio pacis augenda. — 48 e lectione ἀτρεμοτέρα facile fieri poteſt ἀθυμοτέρα. ſed nil cauſae eſt, cur a bona lectione vulgata ἀτολμοτέρα abeamus. 51 f. καὶ τελειότατοι: *perfectiſſimi, robuſtiſſimi, nobiliſſimi.*

15. 59 forte poſt καθίσασαν figendum eſt ſignum clauſae vel finitae parentheſeos; et loco δὲ ſcrib. δὴ. 73 poſt ταῦτα aut addi debet aut ſubaudiri ſaltim τὰ ἔθνη.

16. 91 ὡς hic idem eſt atque ἕως vel ὅταν. *quam, quum olim adhuc integris ſociis honeſtiſſime optimaque cum fama, florerent.* 94 f. πιςῶσαι (a πιςὸν.) *quorum fidem approbare per omnia fidei faciendae argumenta, per quam ſit difficile.* 2 ὁμοίως] *pariter,* ſubaudi *atque ſi* ξένα, peregrina, aliena a gente ſua, eſſent. poſſet quoque ὅμως legi, *nihilominus* ſed nil opus eſt. 8 παραχρῆμα] in operis ipſa molitione. ἐν ἀκμῇ τοῦ ἔργου.

17. 22 τοιαῦτα] ſubaudi οἷα εἶπον. 28 aut ἀπύςως, *abſque ſenſu,* aut eadem ſignificatione ἀπύςως, *inſenſibiliter, inobſeruate,* aut tandem ἀπὸ [vel ἐκ] πίςεως, *quae peruicerunt, vt e fide priſtina, qua gauderent olim, ad fabularum ſpeciem deciderent.*

18. 46 f. poſt ἐπεξελθὼν deeſt αὐτόν. 50 recte habet ἑκατέρων. nam dicitur εὔνοιά τινος, beneuolentia erga aliquem. 54 ὄντων delendum. 55 *habebit ea ſatis vtilia ad indicatio-*

nempe rerum futurarum. ὠφέλιμα κρίνειν idem eſt, atque ὠφέλιμα πρὸς τὸ κρίνειν.

19. 83 λόγῳ] ſ. ἵνα λέγω, aut λόγῳ, ἵνα λέγω vel εἴπω.

21. 14 εἴχοντο] ſ. diuiſis vocabulis εἶχον τό. 27 aut γὰρ delendum, aut ἐφαίνοντο vel ἑωρῶντο addendum. 29 ante Κορινθίῳ ſubaudiri debet ἐν. in id eſt cum viro Corinthio, per virum Cor. facientes ſacrorum auſpicia. 33 καὶ videtur delendum.

22. 63 mallem ϛρατείαν.

23. 83 ſ. εἰ δ' ἔτι πλέονα ἀντιποιοῦνται. quod ſi Epidaurii hac ſatisfactione contenti non ſint, ſed plus poſtulent. 96 ὥστε] ſ. τέως. 97 δὲ] ſ. τὲ.

24. 12 ἐν ἀκάτῳ] in naue actuaria, quae non aſcenderet in terram. 14 παλαιὰς] imo vero καινάς. ζευγνύειν ναῦν eſt tranſtris, remis, rudentibus inſtruere. 37 aut παριόντι aut περιιόντι.

25. 54 ἀπεγράψαντο. 65 non improbarem verbum προσοφειλομένης, ſi multi codices addicerent. praeſertim ſi non ſit magnum aliquod beneficium, quod rependere debeant hi, ad quos ſe conferant beneficii autores. προσόφλειν aut προσοφείλειν eſt verbum multo vſitatius atque notius; quam προσοφλεῖν, quod neſcio an ſit vlli graeco auctori vſurpatum.

26. 84 bene noui τὴν γ. ν. poſſe accipi pro κατὰ τὴν γ. ν. mihi tamen videtur poſt κατὰ μόνας excidiſſe διενέγκαντες. 94 ὑμετέρας. veſtrae

ſtrae indigentiae, aut commodi veſtri. 2 ἢ ἂν εἰ ἦν, *quam ſi ea, quam* —

17. 18 f. μηδὲ ἐς ἓν δυοῖν, *neque excidant* τῷ *praeuenire ad vnum de duobus.* nam conſtructio eſt: μηδὲ ἁμάρτωσι τῷ φθάσαι ἐς ἓν δυοῖν. 34 ἐκ τοῦ εὐθέως μὴ ὑπουργεῖν eſt rotunde, difertis verbis, abſque vlla mora et haeſitatione auxilium negare, et ſpem eius omnem amputare. 48 poſt δεόμεθα videtur τυχεῖν excidiſſe. deinde f. οὐ πολὺ δὲ — ἕξομεν? *nos autem nonne vos multo grauius inſimulabimus?*

28. 59 f. ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν. 63 ὁμοίως ἡ ἀπαλλοτρίωσις] ſubaudi τῇ ἀπαλλοτριώσει ξυμμαχίας ἠπειρώτιδος, καὶ ἡ ναυτικῆς. 65 f. ἄρα ταύτῃ ἰσχυρότατος. *qui ex hac parte firmiſſimus eſt.* 70 comma poſt ὂν ponendum, poſt ἐχθροὺς delendum. nam dicitur ἀδεὴς πρός τινα. *non formidandus alicui.* 73 βουλευόμενος] ſubaudi γνώτω. 76 πολεμιοῦσθαι in textum editionis ſuae orationum Thucydidis recepit Bauerus, V. C. non improbo factum, deberet tamen, ſi ea ratio firma eſſet, omnibus in locis mutari πολεμοῦσθαι in πολεμιοῦσθαι, vbi ſignificat: *ad inimicitiam ſtimulari, efferari.* ut p. 39. 72. 81 videntur verba ſic ordinanda eſſe: ξυμφορώτατόν ἐστι τοῖς τε ξυμμάχοις καὶ καθ' ἕκαστον, βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ τῷδε ἂν μὴ —

29. 83 f. τρία μὲν ἐστὶ ὄντα. *noſtis tres eſſe potiſſimum claſſes.* 197 προσείδετε] f. προσίησθε. *admittatis.* 5 χειμῶνι] ſ. κεκτημένη. et deinde αὐτοῖς. 6 poſt ὁμοίως inſerendum ὁ vers.

 8. ἀνάγ-

tentiae cl. Abreſchii putantis ἂ in illa ſede, quam nunc habet hic loci, idem ſignificare, ac ſi auctor dixiſſet καὶ ἐν οἴεσθε τούτοις τῶν ἀνδρ. atque exiſtimatis, quietem illis quam maxime prodeſſe. 80 τῇ μὲν γνώμῃ δίκαια πράσσοντες, τῇ δὲ παρασκευῇ ἢν ἀδικῶνται, qui iuſtitiam et aequitatem excolendo, ex animi ſui ſententia agunt; ita autem comparatas habent res ſuas, ut, ſi iniuriam quis ipſis afferat —

48. 99 poſt δεξάμενοι δ' ἂν ſubaudiri debet ταῦτα δρῶντες, niſi malis addi. deinde legendum πρὸς θεῶν τινα τῶν ὁρκίων. 2 οἱ καὶ αἰσθανόμενοι τῶν ἀνθρώπων ſunt homines non ἀναίσθητοι, non ſtupidi, ſed ſenſu praediti, et iudicio. 15 προ[λογιζομένους]. [illegible]

49. 28 ὑμετέροις veſtris. 40 f. λέγω, ut ad ὧν et μάρτυρες pertineat, quorum narrationi magis aures audientium, quam oculi, ſunt teſtes. 41 αὐτοὶ vos ipſimet. 42 προβαλλομένοις eſt recuſantibus, detrectantibus, defugientibus, averſantibus, repudiantibus, faſtidientibus. ſcil. vobis. 45 πάντως [illegible]

51. 96 perinde eſt γνώμης ξυνέσεως legatur, vt editum eſt, abſque καὶ, an copula interſeratur. Priori modo erit γνώμης ξύνεσις intelligentia veri et recti conſilii; poſteriori erit γνώμη bonae voluntas erga patriam et honeſtorum conſiliorum conſtantia; et ξύνεσις prudentia. 19 ſ. ante κινδύνων deeſt [illegible] 24 mallem ſimplex διῳκημένη ex codd. quibusdam, aut παρῳκημένης aut γῆ Δία[...] quanquam haud

ſcio

ſtio, ſatisne hoc cum grauitate Thucydidis conſentiat.

52. 52 τῆ ἐκείνε] ſubaudi a communi ϛερισκόμενοι. *parte illa iuris priuati, quam deſiderant, vt vi ſibi ereptam.*

55. 38 poteſt exponi δικαιοῦν τῇ γῇ vt ſolet vulgo, *prae caritate patriae metuque ne ea ab hoſtibus corrumpatur, conditionibus quibusque acerbis et indignis ſubſcribere.* malim tamen τῇ τύχῃ legi, *fortunae ſeruire, ſiue temporibus ſe accommodare.* 48 f. ἐπεὶ ἐπιβουλεύσαντες ὥσπερ καὶ ἡμεῖς νῦν ἐπιβουλευόμεθα. 56 vlt. f. ἔχειν οἰόμεθα δεῖν.

57. 19 f. δεῖν rurſus, quod pendet pariter ab illo οἰόμεθα. 38 τιμωρεῖν. οἱ δ᾽ οὐκέτι μέλλουσι κακῶς πάσχειν — idem eſt dictum, atque τιμωρεῖν τοῖν οὐκέτι etc.

59. 8 f. ἠξίουν τε οὐ μόνον αὐτοὺς. 29 ſic diſtinguo, καὶ ὑπεραλγῶν, τἆλλα ὅτι αὐτὸς ἐκεῖ πράξει.

63. 42 f. πρός τινας.

64. 79 f. οὐκ ἔχει.

66. 47 τοῖσδε] ſcil. Athenienſibus. datiuus hic eſt loco genitiui. τούτου ſcil.] τοῦ τειχομαχεῖν. ἐνδεᾶ] ſubaudi τὰ παρόντα aut τὰ πράγματα τῶν Ἀθηναίων. *apparebat Athenienſibus non eſſe peritiam huius rei parem exſpectationi Lacedaemoniorum, nam alias fuiſſent urbem vi capturi.*

68. 27 ἐκβοηθήσαντες leg. eſſe dubio vacat.

69. 12 non dubito cum Stephano πολεμησάντων legere. nam minus nunc placet, quod aliquando conjiciebam πολέμῳ ἀνθήσαντα. eſt

autem

autem hic loci ſermo tantummodo de bello Graecorum in Aegypto.

70. 62 ante τὸν ἱερὸν deeſt ἐπὶ aut πρὸς.

73. 1 ſine dubio recte praecipiunt emendantes ἐϛιαίας.

74. 22 f. ἐπέϛησαν: derepente plebem inuaſerunt, aut factionem populorum ſubito oppreſſerunt.

75. 77 ſc. τότε δ' ἔτι καὶ νῦν.

76. 2 ante καὶ poſterius deeſt οἳ quippe qui. 8 praefero lectionem Dionyſii Halicarn. ἰσθμοῦ δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ: nam ſi vulgatam ſerues, deerit ἐπέχων vel ſimile quid. ἰσθμὸς hic loci eſt iſthmus Corinthius. 11 κατακομιδὴ τῶν ὡραίων eſt frugum deportatio e media continente ad portus, vendendi et exportandi cauſa. nam τὰ κάτω ſunt partes maritimae. 21 ἐν] ſubaudi ξυμβῆναι. vlt. poſt ἐπαίρεσθαι deeſt ἀδικεῖν.

77. 34 ὁμοίᾳ τῇ πίϛει [aut τῇ ὁμοίᾳ πίϛει] ἢ καὶ ἔργῳ eadem fiducia, qua —. pen. f. ἐς αὐτὰ δαπανῶμεν, οἴσομεν.

78. 62 φέρες φέροντες. 74 diſtinguo et ſcribo ſic: ὁ δ' ὀργισθεὶς περὶ αὐτοῦ οὐκ ἐλάσσω [ſubaudi ἢ περὶ τοὺς πολεμίους] πταίει. 85 f. ἐν ᾧ δὴ δικαίως δοκοῖμεν ἂν πᾶσι, νὴ Δία, δουλείαν ἀνέχεσθαι. *quo in ſtatu rerum videamur omnibus per Iouem merito ſeruitutem pati.* aut ſi vulgata ſeruetur, ἐν ᾧ δὴ [nam ſic leg.] δικαίως δοκοῖμεν ἂν πάσχειν. tum verba ἢ διὰ δειλίαν ἀνέχεσθαι debent pro ſcholio haberi et expungi.

79. 18 ταῦτα. 24 περιφανέντας bene habet.

bet, neque eſt loco περιμενόντων, et reſpicit ad Potidaeatas. deinde malim τῆς δ' ἐκ, ἐς χρόνον —

82. 4 ἐς delendum ex auctoritate codd. et προεσχημένοι leg. iisdem auctoribus, aut ἀνεχόμενοι. ſi προσέχοι eſſet, nihil offenderer.

83. 42 aut delendum καί, aut ei addendum τοιάδε. 57 διαπέμψαι non refero ad ἐπιστολήν, ſed ſubaudiendum puto ἑαυτόν. *ſe transferre ex Aſia in Thraciam.* ἐπιστολήν cohaeret cum ἀντεπετίθει *vicissim, ſeu reſponſoriam ei addebat epiſtolam* Pauſaniae perferendam, non autem ſolummodo mittendam. nam id non patiuntur ſequentia de oſtendendo ſigillo regio. *Penult.* perinde eſt in vulgata acquieſcas, an cum aliquibus codd. legas ἀντενεγέγραπτο.

84. 68 malim δαπάνη in nominatiuo et πλήθει.

85. 5 non ſatis intelligo περὶ αὐτῶν. nam quod ſcholiaſtes affert ſupplementum κατηγορημάτων non ſatisfacit. 14 παρανομία hic eſt inſolentia in moribus, a ſcitis et inſtitutis patriis deſciſcens.

86. 54 f. ſic eſt locus conſtituendus. σκηνωσαμένῳ, διπλῆν διαφράγματι καλύβην ἔστησαν, ἐς ἣν — ἔκρυψαν, cum ille Argilius peteret ſibi tabernulam ſtrui, ſtruebant eiuſmodi, quae diſtincta eſſet, pariete intergerino, in quam induxerunt clam et abdiderunt ephororum aliquos. 59 οὐδεπώποτε. *nunquam.* 60 aut προβάλοιτο *deſeruerit* aut ſi vulgata bene habet, debet ſignificare, *diſcrimini obiecerit.* conf. p. 176, 83. περιτιμᾶσθαι hic loci eſt *dignus aliquo honore, vel prae-*

praemio haberi. 64 conſtructio eſt ἄδους πίςιν τῆς ἀναςάσεως ἐκ τοῦ ἱεροῦ. ſignificatur autem ἀνάςασις βεβαία iuſſio emigrandi tuta et omni periculo libera. 70 f. μὴ γνῶναι. non ſtatim intellexiſſe ad primum datum ſignum.

88. 20 mallem ἀσθενέςερος. 22 ἐς χρείας. Vlt. ποιεῖ τε vt multi codd.

89. 71 f. καὶ ἐλπίδας ἐν ὑπετίθετο αὐτῷ τὸ ἑλληνικὸν δηλώσειν.

90. 79 conſtructio eſt τῶν μελλόντων εἰκαςὴς ἐπὶ πλεῖςον τοῦ γενησομένου. erat futurarum rerum coniector optimus, vel ad remotiſſimos vſque euentus. 94 τότε] f. τόθι aut ταύτῃ *ibi locorum.*

91. 21 ἀφῆτε aut ἀφείητε.

92. 33 ὀργῇ cohaeret cum πράσσοντας, non cum ἀναπειθομένους. 60 f. μὴ δὲ δεῖν ὑμεῖν — ὑπολείπεσθαι. *id quod vrgent Lacedaemonii non fore bellum, ſi decretum illud tollatur, et non debere vos vobis reliquam facere hanc accuſationem leui de cauſa vos bellum ſuſcepiſſe.* ὑπολείπεσθαι etiam eſt in vno codice. 62 ὑμῶν.] f. αὐτῶν.

93. 74 parum refert ad ἀπὸ τῶν ὁμοίων vtrum ἀνθρώπων ſubaudias, an πραγμάτων vel λόγων. pro hoc tamen facit dictio ἀπὸ τοῦ ἴσου, vel ἀπὸ τοῦ κρείττονος. 76 f. ἀσθενέςερα [ſcil. ἐςὶν,] ἃ ἔχομεν. *infirmiora ſunt ea, quae nos habemus.* 81 βραχέως ἐπί τινα ἐπιφέρειν [ſcil. τὴν ὁρμὴν vel τὰ ὅπλα] eſt e breui ſpatio in aliquem incurrere.

94. 15 τὴν] leg. ἣν. *R.* 16 πόλιν] ſignificat

ſicat Ithomam. 18 f. ἀντεπιτετειχισομένων, in paullopoſtfuturo. 24 τῆς τῦ ναυτικῦ.

95. 50 ἐπὶ τῷ μεγίςῳ κινδύνῳ.

369. 27 melius exhibet Plutarchus p. 1584, 11. αἰτίην δ' ἔσχον Ἀθηναίοισι. *accuſabantur* (Medi) *ab Athenienſibus, eos id excogitaſſe vel inſtituiſſe.* poſſet quoque legi αἰτίη δ' ἔσκε παρ' Ἀθηναίοισι. *fuit quoque haec criminatio in uſu apud Athenienſes, ut dicerent Perſas hoc excogitaſſe.* 30 non ſatis intelligo hunc locum. quibusnam enim oſtenderunt Alcmaeonidae ſcutum? Perſis an Athenienſibus. Non his ſane. nam erant ipſi Athenienſes et in eorum caſtris. Perſis ergo. quare autem et quo his? oſtendere ſcutum eſt pugnae ineundae ſignificationem dare, ut e Diodori Siculi T. II. 444. 29. conſtat. cur igitur Alcmaeonidae Perſis naves ingreſſis pugnae capeſſendae adverſus copias pedeſtres ſignum dabant?

370. 34 ἀρύτονται.

371. 17 poſt γὰρ videtur δηλοῖ deſſe.

372. 1 aut ἂν eſt delendum, aut pro ἂν τέτων leg. eſt ἀνδρῶν ταύτων. 17 προσεφέρετο. hoc *modo ſeſe gerebat adverſus tam ſplendidam permiſſionem.* v. p. 381, 36.

373. 2 comma poſt τούτῳ promovendum. *ejus ipſius rei cauſſa*, (quod proci adeſſent) *fecit curriculum et palaeſtram.* 11 exponit hunc locum Weſſeling p. 191. ubi oſtendit alios codices Αἰτωλίδος, alios Αἰολίδος tueri, et utrumque auctoritate ſua niti. 37 ὀργὴ hic loci idem eſt atque ὁρμὴ *impetus animi*, quo fertur in aliquam rem, *ſtudium, propenſio*. *pen.* f. κατακλήσιος *concluſionis*. poteſt tamen vulgata defendi, ſi κατάκλισιν pro *convivio*, *epulis* accipias, aut pro deductione ſponſi ad ſponſam et ejus collocatione in thoro maritali, quum jubetur accubare ſponſae. cujusmodi accubatio ut intelligatur videtur Herodotus τοῦ γάμου addidiſſe.

374. 3 comma ante οἱ μνηστῆρες revocandum. *contentionem habebant proci inter ſe ſuper muſica, aliisque ſermonis argumentis in confabulationem ipſorum incidentibus.* 5 κατέχων] *tenens ſuſpenſos ſui admiratione convivas omnes*, et fixos in ſe oculos eorum tenens. 9 ὑπώπτευε] fateor aut ſuſpectum mihi verbum hoc eſſe, aut ejus ſignificationem huic loco propriam a me ignorari. quapropter conjicere coepi ſcripſeritne Herodotus ἀπέπτυε. *deſpuebat*, hoc eſt deteſtabatur, exſecrabatur, abhorrebat. ſi vulgata bene habet, non video quid ea poſſit aliud ſignificare, quam *ſuſpectum habebat vitii*, ideoque minus probabat.

375. 23 f. ἢν μέν οἱ δώσουσιν, aut δώσωσιν, εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἀπονοστήσειν — *ſi centum talenta ſibi dent Parii, acquieturum ſe, atque deducturum eſſe*

K 2 *claſſem.*

claſſem. ſin minus, non receſſurum — 25 f. ὐδὲ *ne cogitabant quidem*, nedum ut voluiſſent. 37 αὐτή. *ipſa.*

376. 6 f. τῶν χθονίων θεῶν. ut p. 375, 36. 22 poſſet σπωμένυ coniici ex vſ. ult. paginae ſuperioris. poteſt tamen fieri, ut convulſionem et debilitationem cruris ſecutus fuerit marcor primum carnis, et tum putredo. et videtur ratiocinium Herodoti pro vulgata ſtare. ſic enim ait: aderat quidem Miltiades in judicio. non tamen ipſe poterat pro ſe cauſſam capitis dicere, quia dolores cruris ſphacelo infecti orationis ei facultatem adimebant. et ipſe Herodotus paullo poſt ait crus σφακελίσαι et σαπῆναι vſ. 29. 24 poſt αἵρεσιν videtur προφέροντες aut ἐπιλέγοντες aut ſimile quid deeſſe. 34 aut δὴ eſt delendum, aut poſt alterum εἴτε eſt ponendum. 38 αὐτοί. *ipſi*, id eſt *ultro*. 42 εἶναι] f. ἐοῦσαν.

377. 6 f. ἐπιχειρέησιν. 26 εἴ τε τύπτ.

LIBER VII.

379. 6 Χαράττεσθαί τινι idem eſt ac πρός τινα ὀξύνεσθαι *injuriis exacui adverſus aliquem ad malevolentiam et ulciſcendi cupidinem*. nam χαράττειν eſt proprie *acuere ferrum ad cotem atterendo.*

380. 16 μιν] f. μὲν. 41 bene vidit Weſſeling p. 116. e codd. mſtis ἄγερσιν eſſe leg. nam ἔγερσις στρατοῦ eſt quum jubetur e ſtativis in aciem procedere, aut expeditionem militarem

ingredi

ingredi. ἀγέρσις autem quum milites undecunque conſcribuntur, et in unum aut plura loca compelluntur. poſſet quoque ἐπάγερσιν legi ut p. 390, 17. 46 malim cum vulgari lectione facere. quod ſi tamen Gronoviana probetur, debet poſt ἔχεις verſu 47. ſubaudiri τὰ δέοντα vel καθήκοντα ποιοίης.

381. 5 φέροι, ob praecedens εἴη. 18 καὶ δὴ καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτι πλεόνων προσωρέγοντο, ἔχοντες — 21 διαθέτης χρησμῶν videtur *interpres et cuſtos ſortium* eſſe, et *promus condus* qui quoties uſus eſſet atque poſtularetur inſpiceret libros Muſaei. quemadmodum in recentiore hiſtoria ſunt nomophylaces, chartophylaces, bibliothecarii. 22 προκαταλυσάμενοι. 24 jam ſupra aliquoties oſtendi Ἀθηναίων pro Ἀθηνέων aut Ἀθηναῶν. quare neſcio utrum ſit hoc Herodoto relinquendum, an librariis referendum, αι et ε promiſcue habentibus. 37 γνῶμαι hic ſunt argumenta ad perſuadendum accommodata.

382. 1 σύλλογος ἐπίκλητος eſt comitium miſſis praeconibus aut nunciis ad certum locum et tempus indictum. 3 θέλῃ 34 ἀπικόμενοι poſt ἐλθόντες videri poteſt redundare. quare conjicere coepi, annon potius Herodotus dederit ἀπισαμένῳ *ſervo veſtro a vobis deficienti*, et *arma vobis infeſta inferenti.*

384. 3 λόγον ſuſpectum. num ἐς τοῦτο τόλμης, aut ἀλογίας. 14 ἐπιλείνας] deſumtum hoc eſt ab oleo, quod rei ſuperfunditur ut mollis et laevis et nitida fiat, aut a tectorio, quo inducto ſubtus abſconditae maculae et vitia tegantur.

gantur. 33 καὶ utrumque eſt delendum. 42 ἀμφοτέρῃ valde ſuſpectum. num ἐν τῇ τραφερῇ *in terra continente igitur ipſis* (res, aut fortuna belli) *bene ceſſit.* aut ἐν τῇ σφετέρῃ *in ſuo patrio ſolo.* quid ? ſi jam fortunam belli navalem tentes? atqui ſi navibus te adoriuntur. ult. poſt πάθος videtur ἰδὼν aut ἀναμιμνησκόμενος, aut σταθμωσάμενος aut tale aliquid excidiſſe.

385. 18 τοι] l. τι. 24 ὐδέν μιν. 27 comma poſt τὰ τοιαῦτα eſt promovendum. *arbores ejuſmodi*, hoc eſt *maximas.* v. p. 396, 21. 31 βροντὴν hic accipio pro ἐμβροντησία vertigo, ſtupor mentis, et coecitas ad omnia bona conſilia capienda. 43 f. ἐντείνειν. *intendere hujus ipſius rei cauſſa, ſeu, quo hanc rem obtineas, videris mihi omne tuum ſtudium conferre,* ut ſcil. rex ipſe adſit huic expeditioni. videtur tamen Herodotus potius debuiſſe ſic dicere id quod excidiſſe puto, ὅτι σύνοιδας σεαυτῷ διαβάλλων τὺς ἕλληνας. ut perſuadeas domino ut ipſe bellum hoc obeat, videris mihi ideo omni modo contendere, quod conſcius tibi ſis, te graecorum opes ſermone infra veritatem rei deprimere: quo, ſi rex ipſe interſit illi expeditioni, cui male ſuccedat, ad eum referatur omnis culpa, tu liber ſis a reprehenſione. 47 f. ὁ δὲ διαβαλλόμενος (aut ἀκέων) ἀδικέει. *ille cui calumniando imponitur*, aut *qui audiendis calumniis in errorem inducitur.* nam διαβάλλεσθαι non tantum ille dicitur, qui calumniis infamatur, ſed etiam qui expugnatur et cujus animus

adver-

adverſus alterum exacerbatur malevolis ſermonibus et criminationibus. antepen. aut τάδε delendum eſt, aut poſt ἀδικέεται deeſt aliquid, (quod rectius videtur) e. c. μισεῖται καὶ ἀτιμάζεται aut ὑβρίζεται, καὶ ἀπελαύνεται.

386. 3 παραβάλλεσθαι hic loci eſt aliquid in fidem alicujus cum periculo rei commiſſae tanquam depoſitum aliquod tradere, aut relinquere. 7 f. ἀποβαίνῃ niſi ἀνα velis hic ſignificare reditum ex re. ut p. 387, 34. ἀναχωρήσειν. 41 ἤδη bene habet, ſignificatque hic loci *nunc tandem aliquando* — ult. πρῆγμα εἶναι hic loci eſt idem atque συμφέρειν. *ſuis rebus non conducere.*

388. 14 περιήκειν hic loci eſt ἥκειν περὶ hoc eſt ὑπέρ τινα, προφέρειν, ὑπερβάλλειν, praeſtare, ſuperare, excellere. *quibus in ambabus rebus te praeſtantem caeteris* — 32 αὗται *hae.* 33 ante τὰ excidit περὶ. *ſolent hae ſpecies inſomniorum maxime circa ea vagari et oberrare, quae quis de die egerit.* 37 διαιρεῖν eſt diſtincte ſingula quaeque exponere et demonſtrare per partes. v. p. 395, 36. 399, 38. 412, 35. 480, 8. 41 aut ἤ τὴν ἐμὴν leg. eſt, aut ἤ ὦν [ſcil. τὴν σὴν,] ἀλλὰ τὴν ἐμὴν. et ſic quoque vſ. 42. pro καὶ malim ἀλλά.

389. 4 αὐτό. verbum ἵημι eſt ab ἵέω, quod eſt ab ἴω. *eo.* alias εἶμι dicunt. 21 σιδηρίοισι.

390. 9 τε reſpondet ſequenti καὶ vſu 13. non ſolummodo Perſarum ibi congregatorum unus quisque, domum ſuam reverſus, prae-

parabat bello neceſſaria, ſed etiam Xerxes — 17 de verbo ἄνεσθαι id eſt ἀνύεσθαι v. Weſſeling p. 155. qui de re, quae jam in opere eſt et procedit, uſurpari docet. 25 τῶν] l. τὸν. nam redit ad στόλον. *neque expeditionem Atridarum ei comparari poſſe, ſi quidem illa expeditio Trojana aeſtimetur e relationibus vulgaribus.* 31 Μεσαμβρίης majore prima litera eſt ſcribendum, aut potius in dativo Μεσαμβρίῃ. Meſambriae urbis mentionem facit p. 251. *fine* et 341, 36. 414. *fine.* 33 οἱ delendum.

392. 3 ſemicolon commate eſt mutandum. nam praeſtationem rudentum Aepyptiis et Phoenicibus imperatam eſſe e p. 394, 23. apparet. 9 τὸν δὲ ὦν πλεῖστον. ſcil. σῖτον. ſic dudum conjeceram, et in ſecundis curis ad Weſſelingum miſſis ſcripſeram, antequam ex ejusdem Diſſert. Herodotea (v. p. 106.) intelligerem eam conjecturam a codd. mſtis confirmari.

393. 9 conjeceram γεωπόλων et γεωπόνων, quod poſterius mihi cum Porto commune eſt. ſed Weſſeling p. 87. e codd. mſtis praefert γεωπέδων. 45 πυρῶ ſuſpectum. videtur potius arboris genus requiri. num igitur αἰγείρω.

394. 7 ἔπεμψαν] f. ἔδωκαν. 14 poteſt παχέα defendi, *ingens.* ut p. 493, 36. ſunt oppoſitum, ἄκραι λεπταί. ſed Weſſeling p. 118. e codd. mſtis et Valla et Ttetza praefert τραχέα. 29 dictio τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριη-

κοσίας

πασίας ἐφιέσθαι μάςιγι πληγὰς, mihi videtur aut vitioſa, aut certe inſolens. *juſſit ut Helleſpontus perveniret ad tercentum verbera ſcutica inflicta.* quis ita loquitur? poteſt quoque ſic verti, quaſi ſic dictum eſſet *ἱκέσθαι τριακοσίας μάςιγι πληγὰς* [id eſt *πληγὰς σὺν μάςιγι ἐπιτιθεμένας* vel *πλησσομένας*] *ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον.* juſſit ut *tercentum verbera ſcutica inflicta pervenirent ad Helleſpontum.* 43 ante *ἄλλοι* excidit aliquod vocabulum, v. c. *νέας*, aut *ἀκτάς*, aut *γεφύρας*.

395. 1 f. *ἀνακωχεύωσι.* ſcilicet *αἱ ἐγκάρσιαι νῆες. ut naves tenerent ſuſpenſum pendulum et laxum tonum* ſeu *intentionem rudentum.* hoc eſt rudentes intentos. *ἀνακωχεύῃ* ſi ſervetur, debet referri ad *γέφυρα ἑκάστη.* 6 *ὑπόφαυσιν* uno vocabulo. quid ſit *διέκπλοος ὑπόφαυσις feneſtra* ſeu *meatus pernavigabilis* expoſui in prima hujus opuſculi editione p. 482. T. VIII. Miſcell. Lipſ. 13 *ἡ αὐτὴ. craſſities quidem et forma ſeu elaboratio* (ita interpretor *καλλονὴ* ſeu exornatio, ars ad placendum compoſita) *erat in utroque genere eadem*, funes tam lino quam byblo facti erant aeque craſſi et eodem modo facti. 14 aut *λινῦ* vel *ἐκ λινῦ* leg. ſcil. *πεποιημένα*, aut leg. *τῶν* loco *τῦ.* 23 mallem *ὑπερορῶντα.* uno *ρ* extrito *ſub ſe-videntia.* 33 ſi repudietur vulgaris lectio, quam probo et ſervandam puto, *ἐπὶ νεφέων ἐόντων*, ſubaudi *τῷ οὐρανῷ cum nullae eſſent in coelo nebulae*, ſaltim poſſet ſic legi *ὐδέ πη νεφέων ἐόντων cum nuſquam*

eſſent nebulae. ſi Gronoviana probetur, ſubaudiri debet τῶν μεταρσίων τόπων *quum regiones ſublimes* (hoc eſt atmoſphaera) *non eſſent inductae nebulis.* 39 προδέκτορα] vatem praemonſtratorem futurorum. 45 poſſet videri χρήσαις, ſi bene habeat, eo modo uſurpatum ut noſtrum *verleihen*, quaſi dicas *mutuo dare aliquod beneficium*, nos autem pro *indulgere, impertire, tribuere* adhibemus. puto tamen Herodotum potius πρήσσοις ſcripſiſſe.

396. 10 τε] l. δὲ. 24 ἀξίην et ἐλάσσω ſubauditur τιμὴν vel τιμωρίαν eodem ſenſu. nam τιμὴ eſt omnis, ſeu bona et optabilis, ſeu mala et deteſtabilis factorum merces.

397. 8 ὁ λόγος] ſcil. ſi aut plueret, aut ſol nimium ureret, aut alia quaedam ejusmodi neceſſitas ingrueret. 10 κατὰ νόμον] cuſpidibus puta, ut omnes alii gentium omnium milites ſolent, ad coelum erectis, non ad terram demiſſis, ut illi ſuperiores p. 396, 43. 13 poſt aut ante ἔτος excidit ϛρατὸς aut ϛόλος. 14 οἱ delend. 23 aut γῆν τὴν Μυσίην leg. aut γῆν plane del. 46 non bene video quare μέση addiderit, *in Abydo media.* quare conjeci aliquando pro μέσῃ leg. eſſe ἱμέρθη, cujus ſcholium ſit, ideoque ejiciendum, v. ἠθέλησε. v. p. 398, 3. ſed nolo nunc ſic graſſari. ſi bene habet vulgata, debet accipi Abydus, non pro urbe ſola, ſed pro toto ejus territorio vel agro.

398.

398. 4 γινομένην in praeſenti, *dum fieret*, aut *perageretur*, non *factam*, aut *peractam*. 32 γεύσας] *deus, quem primum cuique praebet vitae hauſtum, eum dulcedine imbuens*, quo alliciatur homo ad vitam appetendam. 29 f. τ8 [id eſt ὑπὸ τ8] aut τῷ. a longinquitate viae, ulterius atque ulterius procedendo, ſenſim et abs- que ſenſu illectus ultra quod tibi primum pro- poſueras. κλέπτεσθαι eſt falli, in opinione ſua decipi, ſic tamen ut non ſentias te deceptum eſſe. 45 aut μή τι aut μή σε βέβαιον, aut ſervanda vetus lectio. 46 mallem ſemicolon deletum. ὁμοίως καὶ idem eſt Herodoto, atque ὁμοίως, ὡς καὶ. utroque utitur abſque diſcrimine. ult. poſt ȣδαμῶς videtur δυνατὸν deeſſe.

400. 1 f. πονέειν. 8 τοιȣτȣς] ſubaudi οἷός αν. 18 τȣτων. *eorum frumentum noſtrum erit.* 41 τῶν] l. τῷ redit enim ad γνώμαν. *cui indicio tu ipſe teſtis es.* 45 ἐνέδωκαν] ſcilicet ἡμῖν εἰς τὰς χεῖρας ψηλαφᾶν ἢ ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν, καὶ ἐς πεῖραν ἰέναι τῆς αὐτῶν δικαιοσύνης. poteſt quoque ab ἐνδόσει muſica repeti. ἐνδιδῶσιν ᾆσμα praecentor, qui praeit modulum. ita Iones exemplum fidelitatis praeibant.

401. 30 διακρῖναι. quod editum eſt διαχρῆναι, id eſt vitium typographicum, ut ex ejusmodi vitiorum indice ſubjecto conſtat. 36 quare non eundem modum obſervavit. modo πρὸς τȣ πόντȣ, modo vſ. 38. πρὸς τὸ Αἰγαῖον di- cens.

cens. ſed ſic rurſus quoque p. 419, 19, 20. item 420, 6. et 8.

402. 24 οἱ] l. ὁ. nam σὺν δὲ *unaque* eodem modo dictum eſt, ut πρὸς δὲ, et μετὰ δὲ, ὑπὸ δὲ, ἐπὶ δὲ. etc.

403. 17 f. συνήγαγόν τε ἐς ἕνα. propter ſequens συνάξαντες. quod ſi cui diſpliceat, poſſit συννάξαντες ſcribi. quo verbo ſupra uſus eſt noſter p. συννάττειν vel συννάσσειν eſt compingere, compilare, tundendo et trudendo compingere. *zuſammenzwengen, einſtampfen, einkeilen.* 19 ἔξωθεν. id quod confirmant codices a Weſſelingo p. 119. laudati. 29 πῖλοι ἀπαγεῖς ſunt pilei non erecti ſtantes, ſed depreſſi et jacentes. οὐ πεπηγότες καὶ ἐς ὀρθὸν ἀνεστηκότες, ἀλλ' ὀπίσω ἀπεστραμμένοι, ὀπισθοκλινεῖς. v. p. 404, 21. 417, 23. πεπηγέναι noſtro eſt rectum rigidum ſtare. ſic apud Diogenem Laertium p. 367, 5. ἀπαγὴς eſt homo qui ambulans corpus rectum non gerit, ſed curvus incedit ut pene in ſe collabatur. 29 poſt ποικίλους videtur aliquid deeſſe, e. c. ὣς ὑπεράνω ἐφόρεον θώρηκας ἀπὸ λεπίδος — 41 comma revocandum ante γίνεται. 45 τὴν αὐτὴν ταύτην] ſubaudi στολήν.

404. 18 ſignificat arundinem Indicam, unde baculi noſtri fiunt, quibus nixi ambulamus. *Rotting* appellant Batavi. Hac canna Indi etiamnunc arcus et ſagittas ſuas faciunt. 35 Γανδάριοι ſuntne forſitan Candaharitae. Sogdi et Choraſmii in hiſtoria medii quoque aevi ſunt

cele-

celebres, item Zarangae. Παχτύες videntur Bochti eſſe البخت unde cameli Bactici ſeu Bactriani. Μύκοι videntur incolae regionis *Mugan* vel *Mucan* eſſe. nam *an* eſt tantummodo terminatio.

405. 5 ζειρὰς] سير eſt voc. Arabicum notans *pannos ſtriatos.* 7 προσδέξια uno vocabula. nam arcus omnes ad dextram tenduntur vel trahuntur, nulli ad ſiniſtram. confirmat quoque Vallae interpretatio, qui *habiles* arcus reddidit. 19 f. εἰκῶ οἱ χρυσέην. 29 dicit Aethiopas detractas calvariis equinis pelles capitibus ſuis imponere.

406. 27 varietatem ſcripturae Weſſeling. p. 59. affert. 40 ξυλίνας] non *ligno*, ſed *xylo*, ſeu lana arborea (*Baumwolle, cotton*) *factas.*

408. 13 ἐμπαλασσόμενοι. uno λ. vid. Heſych. ἐμπαλέξαι. ubi emendandum ἐμπαλάξαι. et facile fieri poteſt ut Heſychius ad hunc Herodoti locum reſpexerit. 27 μοῦνον. ſignificat Arabas equis tantum merere, non item pedibus; ſeu pedeſtri militiae nullam operam dare, ſed ſolummodo equeſtri.

409. 3 f. ἐς τρόπον. 7 f. ἐπεμβάντες. 15 ἐσαλάδατο. 40 niſi τὸ ἀρχαῖον inſerendum ſit, debet certe ſubaudiri. v. L. I. c. 173.

410. 25 ἐπάξιοι poſt Portum e codd. Vindob. corrigit Weſſel. p. 194. poſſet quoque ἀντάξιοι legi.

411. 7 λήματος. uno λ. 14 mallem comma poſt νέας promoveri.

413. 33 f. ἀνδρῶν, ὧν ἕκαςος ἑλλήνων φησὶ — *quorum unus quisque ait ſe parem Graecis tribus eſſe.* aut, eodem manente ſenſu, ſed ſtructura verborum paullo intricatiore, ὧν τοι ἑλλήνων ἕκαςος φησὶ. 44 aut leg. eſt φλυηρέειν πολλὰ, (v. vſu 15.) σιγᾷν, aut ex ἅμα codicis Medicei efficiendum eſt ἀλλὰ. (ſaepe enim haec duo vocabula inter ſe permutari ſolent.) ut ſit. φλυηρέειν, ἀλλὰ σιγᾷν — eſt ut Latinum *ego vero. ego vero inpoſterum tacebo.*

414. 2 τϰτῳ] illo Doriſco, quod deſcriptum in ſuperioribus. ſignificat hoc pronomen. fuit autem cap. 59.

414. antepen. ἀντέχε. in activo.

415. 38 καὶ primum delendum.

416. 10 f. τοσϰτϰς γὰρ ἐν αὐτῷ, aut ὅτι τοσϰτϰς ἐν αὐτῷ. 20 f. αὕτη δὲ ἡ χώρη καὶ ἡ κατύπερθε. v. p. 418, 22. 24 ἑκάςων *e gentibus illis quibusque nonnullam manum.* 34 f. ὀρέων καὶ αὐτϰς προθύμϰς.

417. 16 εὑρίσκειν eſt ſaepe *emere.* ἐξευρίσκειν ergo eſt *delectum ex aliis multis ſimilibus quid emere.* 20 locum hunc aliter citat Athenaeus p. 146. ubi vid. Caſaub. 44 non memini διατρίβεσθαι dici pro *deleri*, *funditus everti*, ſed ἐπιτρίβεσθαι. ergone leg. eſt ἐπιτριβῆναι. vulgatam ſi quis defendat, poſſit ad διόλλυσθαι provocare, ubi διὰ in ea compoſitione

tione omnimodum et totale quid ſignificat. 45 ὅμως *nihilominus*.

118. 16 Σάρτη corrigit Weſſeling p. 121, e codd. mſtis et Stephano Byzant.

419. 2 Weſſeling l. c. emendat Εχείδωρον iisdem auctoribus. conf. vſ. 33. 46 τοι] mallem τι.

421. 39 ἐκ ἐδύναντο *non poterant* (Talthybiadae puta) *ſacra dextra et auſpicata ſpartanis facere.* Cerycum enim erat litare. *pen.* τῶ] l. τῶν. nam legatos illos Darius miſerat. et quid opus erat hic demum Darii nomen ingerere, poſteaquam toties jam Xerxis nomen nudum absque patris edidiſſet.

422. 28 τέτῳ] ſubaudi τῷ λόγῳ *qua cum ſe defendiſſent oratione.* 39 καὶ delend. aut ejus loco τότε μὲν adſciſcendum. 42 κατὰ τὸν πέλοπ. 44 f. ἐν τοῖσι μάλιςα θειότατον. hoc eſt θειότατον ἐν τοῖς μάλιςα θείοις. poteſt tamen vulgata ſervari et ſic exponi, ut τοῖσι ſit hic loci pro τέτοις. *penult.* ὡς] l. ὅς. ut emendavit e codd. mſtis et Valla Weſſeling. p. 195. ubi docuit Ἀλιέας prima litera majore exarandum eſſe, et *Halienſes* vertendum, non *piſcatores.* nam eſſe nomen urbis.

423. 2 f. οἱ μὲν γὰρ — *nam hi quidem* (Nicolas et Aneriſtus.) *antepen.* aut τῦ ἀληθέος leg. aut λέγων τἀληθές.

424. 13 haereo in hoc verſu, ſi δώματα cum ἔσχατα jungitur. ſed videtur leg. eſſe, λιπών, φύγ' ἐς ἔσχατα γαίης, δώματα. ut ſit conſtructio

ſtructio φύγε ἐς ἔσχατα γῆς [ſcilicet μέρη vel χωρία] λιπὼν δώματα [ſubaudi τὰ σὰ, id eſt τὴν σὴν πατρίδα] καὶ κάρηνα — 35 προβάλλειν hic videtur idem eſſe atque πρὸς οὖδας βάλλειν *humi protidere, in genua aut vultum concidere.* *ult.* f. πεδάσσας id eſt vulgariter πεδήσας *vinciens, ligans.* aut πελάσσαν, *quod prope accedit, ſimile eſt.*

425. 11 fateor me non intelligere quid ſibi verba velint ἔτι τοί κοτε κἀντιος ἔσσῃ de priſtina mea emendatione et interpretatione in Miſc. Lipſ. T. VIII. p. 485. propoſita ipſe judicium non interponam, ſed integrum relinquam lectoribus. 17 σφι pertinet ad ἐδέκεε. 44 ἐάν κως] aut leg. ἐτεόν κως, aut uno voc. ἐόντως. utrumque *revera* notat. *ſi vere in Athenienſes dictum eſſet hoc oraculum* — *ult.* συλλαμβάνοντι] alius dixiſſet συμβάλλοντι. vel συμβαλλομένῳ *conjectanti.* forte peculiare id eſt Herodoto.

426. 15 ὀρχηδὸν] eſt ab ὄρχος *ſeries, ſulcus, linea.* reſpondet noſtro *durch die Bank weg.* 34 πίσις, in plurali, malim. 35 χρήματα hic loci ſunt idem atque χρεῖαι *res factu utiles atque neceſſariae.* 38. f. ἐγκεχριμμένοι. ut Franci dicunt *accrochés, exulcerati et in odia atque bella commiſſi.*

427. 4 mirifica dictio. ſubaudiri debet ὄεσων. tota dictio ſic eſſet integra explicita. οὐδαμῶν ἐθνῶν ἑλληνικῶν ὄντων, τῶν [id eſt ὧν] οὐκ ἦν μέζω τὰ Γέλωνος. 26 f. ἐσανέοιτο, aut ἐπανενέατο,

εἴατο, ſi plusquamperfectum requiritur. 30 aut σφίσι leg. *ſibi vel ipſis*, Perſis puta, aut leg. σφέας καὶ τὴν ἰδίην ἐλευθερίην.

428. 14 f. τὸ προβόλαιον in neutro genere. 33 *et obtinentibus quidem induciis non magni facturos cladem, ſi quam, ſuper illam ſuperiorem, adhuc aliam a Perſis acciperent, neque ſollicitudinem animo concepturos eſſe ne in poteſtate Lacedaemoniorum tum ſint.*

429. 18 ἐπαγγελλομένους] *ſponte ſua, ultro.* 28 τούτους hic poſitum eſt pro αὐτούς. 41 alia ad hunc locum pertinentia protulit Weſſeling p. 122. eleganter locum expreſſit imitatione *Horatius Satyrae I.* Lib. I. initio.

430. 10 ὁ delend. ut ὃς vſ. 38. 13 delendum comma. *poſtquam ejus poſteri ſemel facti eſſent ſacerdotes deorum inferorum, perſeverarunt in eo ſacerdotio.* 43 f. πολέμοισι. ult. καταλλάξαντες.

431. 8 poſt εἶναι ponendum comma. 11 εὕρημα] *poſt hanc verſutiam, ſtropham.* mallem tamen εὐρόημα *ſecundam fortunam.* 20 f. ἔσαν ἅπαντά οἱ αἱ Συρακοῦσαι. aut ἔσαν οἱ πάντα αἱ Συρ.

432. 1 aut μεγάλως leg. aut εἰς μέγα. 17 λόγος πλεονέκτης eſt oratio cupida, profecta ab hominibus cupidis, qua volunt imponere alteri, quicum agunt, eique perſuadere, ut agat aliquid, quod ſibi ſit damno, perſuadentibus autem expediat.

433. 5 ἀπεστραμμένοι λόγοι videntur eſſe *ἀπότομοι abrupta, praeciſa, deſtricta, et imperioſa immitis oratio*, quum brevibus ſuam quis dicit ſententiam, nullis ambagibus, et ita, ut prodat ſe nolle pati, ſi ſuae conditiones repudientur, ſecum agi. poſſet quoque ἐπεστραμμένως legi, *vehementem orationem, acerbam, minacem*, objurgatricem, et velut ingenti lacertorum vi contortam et ex brevi ſpatio vibratam, ut audientem percellat. ἐπιστρέφειν eſt idem atque ἐπιπλήττειν, *increpare, reprehendere*. v. p. 477. *ult.* et ſupra Lib. I. ubi de Croeſo cum Solone loquente (p. 11, 38.) εἴρετο ἐπιστρεφέως *interrogabat eum aliqua orationis vehementia et acrimonia*, quae proderet, Croeſum a Solonis oratione punctum eſſe. 14 f. ὅδε [aut οὗτος] ὁ λόγος. 33 ἔχει] mallem ἔχε. *ita tibi habe.* audi ex me ſententiam meam brevibus, et perſpicuis verbis.

434. 5 deſidero hic ſimplicitatem Herodoteam. debuiſſet ſic dicere. τοῦτο δὲ τίς νόος τοῦ ῥήματος? τί θέλει λέγειν? δῆλα γὰρ, ὡς ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐστὶ τὸ ἔαρ δοκιμώτατον, οὕτως αὐτὸς ἤθελε λέγειν δοκιμωτάτην τῆς ἑλλήνων στρατιᾶς τὴν ἑαυτοῦ. 21 φιλίους] num δολίους. 34 ἄλλην] f. πολλὴν aut ἅδην *ſatis et ſuper*. 36 ἐλείπετο] *reliquit poſt ſe* poſteris memorandum et celebrandum. v. p. 453, 6. 37 f. τῶν οἱ Γέλων ἐπέτρεπε τὸ κράτος aut τὸ κῦρος. *ult.* ὑπ' αὐτόν. nam αὐτὸν non ad Gelonem pertinet, ſed ad χρόνον. *ſub idem illud tempus.*

435. 1 Ἐλισύκων] ſuntne Faliſci, an Volſci? 23 εἰκότι. *Carthaginienſes rem ſic narrant, conjectura tamen illi magis ducti probabili, quam certo ſcientes rei veritatem.* 34 Phoenices, ſeu Poeni, et Carthaginienſes iidem ſunt. videtur itaque in alterutro nomine vitium ineſſe, et ſubſtitui debere nomen Siculorum aut Syracuſanorum. 36 τῶν ἀποικίδων repeto non ab ἡ ἀποικὶς, τῆς ἀποικίδος, ubi ſubauditur πόλεως, ſed ab ὁ ἄποικις, τοῦ ἀποίκιδος, ut nominat. pluralis ſit ἀποίκιδες, ut ἐπήλυδες.

436. 30 f. ἔτι (aut τί) μέμφεσθε *etiam querimini?* aut *cur querimini de illis tot lacrymarum argumentis, quae vobis immiſit Minos vobis ſuccenſens* (μηνίων ita leg. non μηνύων) *ob vindicias Menelai a vobis illi praeſtitas.* nam ulti eſtis injuriam Menelai, in raptu Helenae a Paride acceptam; Lacedaemonii tamen mortem Minois ut vobiſcum ulciſcerentur, non potuerunt induci. dicitur aliquis μέμφεσθαί τι aut τινι, ſi contentus eo non eſt, ſi contemnit ut minutum et non ſatis dignum aut grande. deprehendo in his quoque veſtigia iamborum. ſane

τιμωρημάτων

Μίνως ἔπεμψε μηνίων, δακρύματα.

ſunt integer iambus et finis alterius. δακρύματα ſunt cauſſae lacrymandi, res adverſae, calamitates a quibus lacrymae cientur. 40 σφίας. in plurali.

437. 13 ἔτω videtur e margine irrepſiſſe, adſcriptum ab aliquo qui ſignificare voluit ita in

 libris

libris Herodoti vetuſtis extare. id quod reſpicit ad ἀναγκαζόμενοι τῶν ἀστῶν. quod quo pertineat, non video. Conf. Diodor. Sic. XI. 52. qui tamen ad emendandum Herodotum nil confert. 15 ſic diſtinguo κατελέλειπτο, οὗτος, ὥσπερ. pen. οἷοί τε hic loci idem eſt atque δίκαιοι. *nullum vobis eſt jus et fas nos armis cogendi.*

438. 35 οὐδ' ἔτι ἐνδοιαστῶς *et jam non amplius dubie, ut antea.*

439. 2 ἐπὶ primum cum genitivo conſtructum ſignificat plagam coeli, aut terrarum tractum, verſus quem deberent navigare; ſecundum autem cum accuſativo, locum ad quem appellere deberet claſſis. 4 κατ' ἑκατέρους. 25 vehementer placet Abreſchii conjectura (v. Dilucidat. Thucyd. p. 4.) καὶ τῷ γε τὸ παλαιόν. 28 ἐπαυρέοντο. *forſitan quoque majeſtatem nominis* (nam Leo vocabatur) *ad uſum ſuum vertebant*, in eoque faciebant delicias, magnique aliquid feciſſe videbantur ſibi in eo, quod Leonem peremiſſent. ingurgitabant ſe felicitate nominis ejus. 44 Φίρμος non eſt nomen graecum. forſ. igitur leg. eſt Θέρμος aut Φορμίων.

441. 22 συμβαλλεόμενος, per duplex λ. ut p. 442, 43. 24 ἐθνέων] ſubaudi τῶν ἐπιχωρίων τῶν τὰς νέας παρασχόντων, ut in una quaque navi earum navium, quas praeſtitiſſent Phoenices, erant τούτου τοῦ ἔθνους, Phoenices pura, ducenteni, et praeterea 30 adhuc Perſae,

aut

aut Medi aut Sacae. et ſic de caeteris gentibus, quae naves praebuiſſent. 33 ὅτι ſcribendum eſt diviſis vocabulis ὅ, τι. *quaecunque tandem navis quinquaginta remorum, alia plus, alia minus haberet, ſupponens in una quaque fuiſſe 80. viros.*

442. 31 f. ἐνίας. quosdam fluvios, quum quaſi vellent exercitui Xerxis venienti aquae ſatis praebere, ſuis a fontibus deſertos non potuiſſe ſuae voluntati et barbarorum ſpei ſatisfacere.

443. 10 πρόκροσσοι. ſic dicuntur omnes res ſeriatim et per gradus porrectae, et procedentes, ita, ut quo magis procedatur in altum, eo res magis introrſum recedat, et quaſi minuatur, ut ſunt gradus ſcalarum ad plani inclinati modum poſitarum. 33 (ὡς φάτις, ſcil. ἐςὶ vel λέγει) ὥρμηντο συμβ. 44 f. ἀπελθόντος [ſcil. τοῦ Ξέρξου] aut ἀπελθόντων, ſcil. τῶν βαρβάρων. antep. aut poſt ἐλαχίςας ponendum comma, et delendum deinceps poſt διαφθαρῆναι, aut iterandum eſt λέγουσι. ut ſit οἱ ἐλαχίςας λέγουσι, λέγουσι διαφθαρῆναι τετρακ.

445. 3 τὰς hic loci eſt pro ταύτας vel αὐτάς. 10 f. εὗρε λογιζόμενος. 17 f. περιέσεσθαι. *ſuperſtes eſſe.* deinde προσπλέοντας leg. *quum Graeci eos viderent adnavigantes.* 43 Λαφυςίου, idque probat etiam Weſſeling p. 125. antep. τούτου] l. τοῦτον.

446. 2 verba τι πρὸς τύτοισιν mallem abeſſe. patiuntur quidem expoſitionem, ſed contortam, et interpellant ſuavitatem atque perſpicuitatem orationis Herodoteae. ſi ſervẽntur, debet ita mens auctoris exponi, ac ſi dixiſſet καὶ ἐξηγῦντο οἱ Ἀχαιοὶ τῷ πέρσῃ ἔτι πρὸς τύτοις *praeter illa ſuperiora de Phrixi poſteris dicta Achaei Xerxi adhuc narrabant haec* ὡς πολλοὶ ἤδη — 6 deleto commate poſteriore leg. eſt ὧν (vel τῶν) ὡς θύεται — Conſtructio eſt ἐξηγῦντο ὡς πᾶς τις τύτων θύεται. *quorum quomodo unusquisque mactetur — narrabant.* 19 f. Μηλιάδα ut paullo poſt. ſed recurrit altera lectio p. 447, 6. 23 f. τὰ περικλήει. *quae includunt.*

447. 14 τὸ] breviter dictum, quod latius explicitum hanc ſententiam reddat: ὅσον ἐςὶ τὸ μέρος γῆς (vel χωρίου) τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ἠπείρυ. eſt igitur τὸ hic loci tantundem atque δῆλον ὅτι. *videlicet, ſcilicet.* 38 ἀπὸ τῆς δόξης πίπτειν *eſt ſpe, votis, opinione, exſpectatione ſua decidere.* antep. Τηλεκλῦ tuetur, et vſu pen. Δορύσσυ emendat Weſſeling p. 120.

448. 31 ἰνέμοντο et vſ. 38. διενέμοντο.

449. 28 τάπερ] ſubaudiri poteſt κατὰ. mallem tamen κατάπερ legi, Ionice pro καθάπερ. 39 poſt βασιληίην τε videtur excidiſſe μεγίςην, aut ſimile quid.

451. 6 aut tota dictio τῶν Ἀμφικτυόνων ἐς τὴν πυλαίην συλλεγομένων delenda eſt, aut ſaltim prima duo vocabula, τῶν Ἀμφ. quis enim facile non videat haec ſcholium eſſe vocabuli

τῶν

τῶν πυλαγορέων. ita enim ſcrib, v. Harpocr. v. πύλαι. etiam vſ. 20. vetuſta lectio novae eſt praeferenda. 19 mallem τῷδε *hoc argumento*. conf. p. 458, 40. 24 καὶ ὐκ ἐὼν. *etiamſi Melienſis non eſſet, dummodo ſaepius illac commeaſſet*. et erat ſane Onetes Caryſtius, quod paullo erat ante dictum. 27 καὶ τῶν κατὰ τὴν ἀτρ. 37 non ſpernenda eſt lectio editionis Genevenſis κατεδέδετο, ſi conſtat et evictum eſt καταδῆσαι Herodoto eſſe *arguere, convincere*. erit tum κατεδέδετο *convicta eſt haec via nihil eſſe utilis*. v. Weſſeling. p. 196. de hoc loco. 45 poſt Leopardum emendat Μελαμπύγυ Weſſeling. p. 196.

453. 2 aut πειςὸς *obſequens*, aut ταύτης τῆς γνώμης πλεῖςός εἰμι, *hujus quammaxime ſum opinionis*, aut ſervata vulgata ſic erit accipienda ut ταύτῃ ſit idem quod παρὰ vel πρὸς ταύτῃ. 21 τῶν non pertinet ad proximum ταύρων, ſed ad remotius ἀντιβίην, ut ſententia ſit ὐ ταύρων μένος ὐδὲ λεόντων σχήσει ἀντιβίην τῶν [hoc eſt τύτων, Perſarum puta, *non retinebit taurorum neque leonum vis eorum* (Perſarum) *impetum*. 27 μόνων recte dat Plutarch. p. 865, 43. *ut gloriae monumentum relinqueret ſolis Spartanis proprium.*

454. 12 τότε uno vocabulo. 23 cogitavi aliquando λυττέοντες Ionice pro λυττῶντες. ſed nunc placet vulgatae acquieſcere, atque interpretari *furentes, rabioſi*. v. Weſſeling. p. 88. qui tamen ἀττέοντες e codd. mſtis praefert, et ex Ionum more ε interſerendi repetit

aitque idem eſſe atque ἄττοντες *ſalientes, vagantes, ruentes*. item viri docti ad Heſych. ἀτέοντα. ubi afferunt Scholiaſten ad Iliad. Υ. 332. exponentem ἀτέοντα per βεβλαμμένον ἐς τὰς φρένας, ἀφροντιςοῦντα.

455. 5 μαχαίρῃσιν, εἴ τισιν αὐτέων ἐτύγχανον — *ſi quibus eorum adhuc ſupererant gladii.* ſed Weſſeling p. 123. pro τῇσιν e codd. mſtis ſuadet τοῖσιν, quod etiam editio Genevenſis praeſtat. eodem redit utro modo legas.

456. 16 ſatis habeo de vitio hujus loci monere, cui medicinam non invenio. etiamſi legatur εἰ μέν νυν συνέβη ἢ μοῦνον — et ἀλογεῖν hic accipiatur pro *inconſulto agere*, et rationem nullam habere neque officii, neque rerum, quae factum ejusmodi par erat conſequi, tamen ratiocinium non conſtabit. 19 δοκέει. 26 ἐκ] l. ἐπὶ, *ad caſtra*, Leonidae puta aut ἐς τὸ ςρατόπεδον. quodſi tamen illa caſtra deſignarit Herodotus, quae apud Iſthmum conſiſtebant, poterit vulgata ſe tueri. ſed illa caſtra demum coiiſſe poſt acceptum de morte Leonidae nuncium ait p. 481, 25. poteſt quoque ἐκ Σπάρτης legi.

457. 1 f. ἔδοσαν ἂν βασιλέϊ. 7 ſi bene habet ἐλθόντας, ſubaudiri debet ἑκόντας. *qui ſe ultro ipſis* (Perſis) *tradidiſſent.* 34 εἰ reſpicit ad ſuperiora: *habebis in poteſtate tua Lacedaemonios, ſi naves trecentas* — 41 ἤτοι aut ἐχὶ.

458.

458. 16 τῶν ſi bene habet ſubaudiri debet ὑπό. *a quibus.* 26 f. γνώμην ἔχε. *ratum hoc habe atque decretum penes animum tuum.* 33 αἰνεῦνται unde repetam non video. non poteſt ab ἀνιᾶσθαι, illo ſcilicet, quod compoſitum eſt ex ἀνά et ἰᾶσθαι. num igitur ἀκεῦνται, aut ἀκέσονται potius. *ult.* ſi bene habet περιέχεσθαι, neceſſe eſt ut Herodotus plane contrario ſenſu id verbum uſurparit, quam alii, nam aliis περιέχεσθαί τινος eſt *vehementer aliquid amplecti atque tenere, atque dimittere nolle.* hic vero debet ſignificare *abſtinere, fugere, devitare.* Similis notio eſt in v. περιίςασθαι *devitare.* aut ſi verbum hoc ſolitam ſignificationem hic quoque habet, debet ȣ̓ περιέχεσθαι legi. ſed hoc coactum et durum eſt et non ſatis graecum. ἀπέχεσθαι optime conveniret.

459. 5 f. καὶ δῆλα.

LIBER VIII.

460. 20 ὡς] l. ὅσον.

461. 20 ante ἀπέβαινε videtur deſiderari ἄλλως.

463. 1 poſt νηῶν videntur aliqua deeſſe. 13 καταφρονεῖν hic loci non eſt *contemnere*, ſed *deprehendere, intelligere, perſpicere.* non tamen aliena eſſet ab hoc loco notio contemnendi, ſi legeretur καταφρονήσαντες διὰ ταῦτα. v. Weſſeling p. 197.

464. 28 τὴν αὐτὴν ὥρην) qua ſcilicet die ſuperiore claſſem hoſtium adorti fuerant. penult. ἐκυκλεῦντο.

465. 5 ἀλλήλαις. 43 ἐξεκομίσαντο] deportarant in locum tutum extra inſulam. προεσάξαντο] rure in urbes compulerant. 45 περιπετὲς πρᾶγμα eſt res adverſa, infelix, ſecius, quam pro ſpe et votis, cadens. pen. f. βαρβαρόφωνες.

466. 1 f. βύβλινον, *jugum*, hoc eſt omne vinculum, igitur et rudentem, ut hic loci, e byblo ſeu junco Aegyptio factum. 9 f. παλαίσεις. 29 ἔσεσθε] leg. eſſe ἵζεσθε monſtravit e codd. mſtis Weſſeling p. 124.

467. 29 οὐ μήν.

468. 15 καὶ abeſſe commode poſſet, ſed neque officit ſervatum. avulſum enim ab eo eſt γὰρ et concipi debet animo ac ſi ſcriptum eſſet ſic. καὶ γὰρ ἐπεὶ τε. 31 malim τοιοῦτοι, οἱ ἐν Ἀβ. 33 tolerari poteſt πολιορκέοντας, quia πεζὸς eſt nomen multitudinis; mallem tamen πολιορκέοντα propter inſequentem accuſativum pluralem, ſed eum diverſum; ne credantur cohaerere, quae non cohaereant.

469. 35 ἀνενέγκασθαι eſſe, res ſuas, ſupellectilem, inſtrumenta neceſſaria in locum tutum, eundemque editiorem conferre, notavit Weſſeling p. 197.

471. 9 διὰ hic loci eſt idem atque περὶ. ut monui jam ad Dionem Chryſoſtomum. vid. infra p. 480. *ult.* 14 f. κατέβαλον. *proſternebant.* 23 aut. μεζόνως aut μέζονα, leg. aut

tandem

tandem del. eſt ἔχοντας. v. Weſſeling p. 199. pen. ἐς cum commate videtur delendum, contra poſt τειχέοντας comma ponendum. ut ſententia ſit: *audiebant eos Iſthmum operibus munire, maximi facientes in eoque maxime elaborantes, ut Peloponneſus ſibi ſalva eſſet.*

472. 14 f. διατελέωσι. 18 aut revocandum vetus προθυμότερον, aut leg. ἢ καὶ πρότερον.

473. 26 f. τοσαύτας. *totidem.* niſi forſitan vulgata τὰς αὐτὰς idem dicat. non enim memini numeri navium, quas Cii contuliſſent, factam eſſe mentionem in ſuperioribus: quod ſi fuerit, bene habet vulgata lectio.

474. 10 delendum comma ſecundum. nam ἀποφαίνεσθαι cum γνώμην cohaeret.

475. 18 aut καίτοι aut καίπερ, non utrumque ſimul. pen. f. ἔδρασαν. *illi quidem in his erant.* aut *haec moliebantur.*

476. 13 f. σύ γ' ἄρα. aut ἤτοι ἄρα. penult. f. οὐδενός. *non decebat eum, in quemquam ſociorum invehi,* aut *quemquam accuſare.*

477. 5 ἐς delendum. 22 poſt μάλιστα figendum punctum, aut ſaltim ſemicolon. *penult.* comma delendum. nam λόγῳ cohaeret cum διέβαινε *tranſiit ſermone ad Eurybiaden, contulit orationem ad eum.*

478. 1 f. poſt εἰ eſt adjiciendum μέν. *tu ſi hic manſeris, et virum fortem te praebeas* — ſubaudi *bene omnia ſuccedent.* 44 ἐόν. eſt

enim

enim a verbo ἕω; unde εἶμι, *eo*, non a verbo ἕω, unde εἰμὶ *ſum*.

479. 12 δὴ] l. δὲ. 13 v. Ariſtid. T. I. p. 258, 4.

480. 8 e codice Mediceo ita debet hic locus conſtitui. τάδε λέγω. Οὔτε κακίϛην γενομένην — οὔτε ἐλάχιϛα [ſcil. ἔργα ἀρετῆς καὶ εὐνοίας] ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τήνδε ἐοῦσαν [aut τοιήνδε ἐοῦσαν] γνώμην [id eſt ἐν γνώμης λόγῳ καὶ τάξει] με δίκαιον — *Iuſtum et aequum eſt, me, quae non ignaviſſima fuerim, neque pauciſſima minimave de me conſpicienda dederim documenta virtutis, me inquam, quam hic vides, [aut talis cum ſim] decet ſententiae loco ea pronunciare, quae judicem optima.* antepen. ἔα, in imperfecto Ionico.

481. 5 πλεῦνες. antep. ἣν [aut τὴν Ionice] νῦν τε, brachylogia veteribus uſitata eſt ſic dicere, ἣν νῦν τε καὶ τὸ πάλαι οἰκεον, pro ἣν νῦν τε οἰκοῦσι καὶ τὸ πάλαι ᾤκουν.

482. 11 ad hunc locum offendo. videat ſi cui placebit olim propoſita noſtra conjectura in Miſc. Lipſ. T. VIII. p. 496. 17 δρόμον. v. Weſſeling p. 120. 19 ὁμοίως *pariter*, ſcil. atque Peloponneſii apud Iſthmum. ταῦτα pertinet ad nuncium allatum de Perſarum adventu. 21 aut τέως leg. aut poſt δὴ excidit τινός.

483. 11 κατέχον τε] f. κατέχοντες uno verbo. 24 aut poſt ἔχω deeſt ὅπως μὴ δοκέω βούλεσθαι, aut vſ. 25. poſt ἀληθέες deeſt ἀντιλέγοιμι δ' ἄν. καταβάλλειν eſt *in literas referre, ſcripto*

ſtô conſignare. v. ad Conſtantini Cephalae Anthologiam p. 88. notata. Ita Diogenes Laertius p. 481. καταχωρίζειν dixit eodem ſenſu. Sententia igitur erit priore modo. *non poſſem effugere, quin viderer is, qui vellem contradicere oraculis et eorum veritatem in dubium adducere,* altero. *non poſſum oraculis obloqui, ut non veris. Eſſem autem ipſis oblocuturus, ſi oracula tam perſpicua omitterem literis conſignare.* 35 πυθέσθαι ſuſpectum. conjeci aliquando ῥύσεσθαι, *evulſurum eſſe tanquam e fundamentis.* nunc non ſatisfacit. ſed melius non ſuccurrit, neque vulgatum intelligo. 42 f. ἀντιλογίην, aut, ut Weſſeling p. 201. ἀντιλογίας.

484. 24 poſt ἐξ ἐμοῦ videtur γενόμενα aut ἐπιτετηδευμένα vel ſimile quid deeſſe. 32 blandita mihi aliquando fuit conjectura ὡς ἔχεις *ita ut es, et coram me ſtas.* ſed nolo eam venditare. 36 ante ταῦτα videntur quaedam deeſſe ad hanc ſententiam. *haec quidem Themiſtocles. Ariſtides autem admiſſus in concilium graecorum.*

485. 9 aut hi nominativi conſequentiae ſunt, ſed hoc ſchema Herodoto non eſt uſitatum, aut deeſt aliquid; quod potius videtur. num ſubaudiendum ἐφαίνοντο e modo praegreſſis. 10 ἐκ πάντων] *unus ex omnibus, inter omnes ſolus.* 31 πρότερον] num προθυμότερον, (v. var. lect. ad p. 472, 18.) an πικρότερον. 43 τοῦ δὲ diviſis vocabulis. *quare autem hos commemorarim ſolos, hoc eſt* aut

τῶδε

τοῦδε δὲ *hanc vero ob cauſſam eos memorat.* nam utroque modo ſolet Herodotus loqui.

486. 8 γε] l. τε. 26 exſiſtit hic ſermonis quaedam inſolentia et aſperitas. alius ita dixiſſet. εἰ μέντοι καί τι νεῖκος πρὸς αὐτὸν ἐγεγόνει — οὐκ ἔχω τοῦτό γε εἰπεῖν. 38 f. γενέσθαι μῆχος τοῦ διαφυγεῖν. 39 etiam hic videtur aliquid deeſſe. planius ita procederet oratio. ἀφ' ὧν πᾶς τις ἂν προσεδόκα αὐτὴν ἀπολέεσθαι ὥστε κακὸν ἐργασαμένην —

487. 7 Plutarchus eum nominat *Ariamenem*, v. p. 301. et 867. 20 Φοινίκων. 45 f. προσελάβετο. ut genitivus ſequens πάθεος ab eo regatur.

488. 12 Ἰχνεύς. ut p. 440, 30. 19 f. ἐς ἐπήκοον τῶν Αἰγινητέων. *coram Aeginetis ipſi exprobrabat ſtudium Medicarum partium.* 20 τῇ νηὶ aut τῇ Σιδωνίῃ νηί. 34 φεύξουσι. v. Miſc. Lipſ. VIII. p. 498. et Weſſeling p. 201. ubi huic emendationi a Ioachimo Kühnio occupatae diffidere videtur.

490. 10 τοὺς] f. τὸν. ob ſequens ἑωυτῷ. 14 f. κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον. 23 f. ἐπεσελθοῦσι. 37 ante ὑπὲρ videtur aliquid exciдиſſe, e. c. μεγάλως ἠγωνία, τό περ εἰκὸς πάσχειν — *valde angebatur et aeſtuabat animo, quod illi contingere par eſt, qui magnis de rebus periclitetur.*

491. 10 τοισίδε δεδήληται. *nihil enim rerum tuarum corruptum eſt per hoſce Perſas;* (qualis

ego

ego ſum meique ſimiles.) *ult.* ἐϑέλει] ſcil. καταλείπεσθαι.

492. 7 πρηγμάτων videtur delendum. 11 σι] l. τοι. 24 Πηδασέεσι. 29 f. τρίς. niſi oblitus ſui fuerit. v. p. 71, 8. 36 l. ἀλ ταμιῶν.

493. 7 ſi bene habet οἰκέτας, videri poſſit Herodotus vocabulum hoc pro τοῖς οἰκείοις uſurpaſſe, et hoc quoque ad p. 473, 4. et 494, 44. referri. malim tamen cum vulgari lectione παῖδας ſtare. 33 τάχεος. quod codices mſti confirmant teſte Weſſelingo p. 129. 34 f. σχεδίας, δι' ὧν ἔδει πορευθῆναι βασιλῆα.

494. 45 aut ἀναπλασσέσθω aut ἀναπλασσάσθω ut Weſſeling p. 202.

495. 13 αὖτις] reſpicit ad p. 482. cap. 75.

496. 2 λέγων δὲ ταῦτα. 14 ἐκτέετο, aut ἐκτᾶτο. conf. p. 523. *penult.* ubi malo conſilio Gronovius ἐχρέατο induxit pro vetere ἐχρέετο.

498. 24 ἄλλως hic eſt idem atque μάτην, ψευδῶς. 40 v. Weſſeling p. 88.

499. 30 f. δευτερεία. ut ἀριστεύς dicitur ab ἄριστος, ita potuit in uſu fuiſſe δευτερεύς, a δεύτερος. vſ. 29. vitio dederunt operae ἕκαστον. ſed debebant ἕκαστος. verum vitia quidem typographica non eſt meum hic loci emendare, quae indicat index in fine Gronovianae editionis poſitus.

500. 6 Weſſeling p. 203. praefert *καταμαργέων ira furioſum vel rabioſum in modum adverſus eum graſſans.*

591. *antepen.* οὐ μὴν. et ſic quoque p. 511, 26.

502. 1 f. σταθμεώμενοι. 40 miror Herodotum haec ſcribere potuiſſe, quae indicant eum eſſe ſui oblitum, ut non meminiſſet eorum quae libro primo de rebus Lacedaemoniorum cum Samiis communibus ſcripſiſſet. 42 τοιούτῳ] videtur in duo vocabula diſtinguendum eſſe τοὶ οὕτω. *antep.* aut ἐφύλασσε aut φυλάσσον.

503. 12 f. ὡς πρῶτα *quam primum.* 19 f. αἵρεσιν ποιεύμενος, aut ἐπ' αὐτέων ποιεῦμαι. 24 μοι non pertinet ad λέγεται ſed ad θαῦμα. *rei dicitur eveniſſe, quam ſatis non poſſum mirari.* 27 f. Πτώου. 39 ὑπὸ τοῦ προφήτεω] imo vero ὑπὸ τῆς προφήτιδος.

504. 3 f. Ἀθηναίων deeſt poſt εὐεργέτης.

505. 13 ταύτην] ſcil. τὴν γῆν, quod repetendum e vſu 5. 43 καταλύεσθε.

506. 41 f. ἄνευ τουτέων, *praeſertim, ſervitutem graecis conſciſcere Athenienſes, ne caetera mala commemorem —*

LIBER IX.

509. 19 ἐων] l. ὦν *igitur.* 22 f. ἐλλήνων ἀμοφρονεόντων.

510. *ult.* μεμφομένους.

511. 28 ἥμεται videtur ſignificare *promanat, diffunditur.* 35 f. ἐπὶ [vel πρὸς] τὰν Πέρσῃσι ἀντιάσεσθαι. 44 ἐμμαχέσασθαι reſtituit Weſſeling p. 121. e codd. mſtis.

512. 15 aut ἑνὸς leg. aut ἕνα plane delendum eſt ex auctoritate codicis Medicei. 16 Plutarchus p. 1061. habet Χείλεως.

513. 33 διὰ παντὸς ſuſpectum. num διαγόντος pro προϊόντος *procedente tempore*, aut διαπτάντος, *poſteaquam tempus aliquod praetervolaſſet.* *antepen.* f. πρόδρομος ἄλλος, τρίτην —— *nam jam antea venerat ab Argis alius nuncius* —— *ult.* θέλων ſuſpectum. ego quidem quid ſibi velit non intelligo.

514. 12 ἐς Σκῶλον emendat Weſſeling p. 92. 20 παρὰ τὸν Α. π. τεταμένον. (a τείνω) 34 ἁλισθῆναι aut πλυνθῆναι.

515. 11 f. λέγῃ aut λέγοι. 28 f. καὶ δὴ αὐτέων. 36 ἤπερ παρέχοντας] f. ἢ περπερευόντας. *imprudenter, leviter, temerarie, abſurde agentes.*

516. 2 γὰρ videtur hic pro καὶ poſitum eſſe. 3 f. πειρηθῆναι μοῦνον. 16 τῶν ἱρέων ſacerdotes quum perlitaſſent.

517. 38 ἀποστάντες, aut ἀπονοστήσαντες.

518. 29 Weſſeling p. 203. corrigit e codd. mſtis πολλὸς ὠθισμός.

519. 42 καὶ ἀποθήκας delendum eſſe dudum conjeceram, et nunc intelligo e Weſſeling. p. 132. id a codd. mſtis confirmari.

522. 26 de verbis ἀπεικάζειν et ἐπεικάζειν ad h. l. diſputat Weſſeling p. 134. et nihil ea intereſſe dicit. 36 f. κεῶ σφετερον diviſis vocabulis. pen. τῶν πολεμίων] ſubaudi ἔργων vel ἀγώνων. mallem tamen πολέμων.

523. 5 ἐπειρῶντο ſive abſque, ſive cum τε. 15 αὐτεάρχου. redit enim ad Melampodem, non ad Tiſamenum. 20 f. ἀπιέντων miſſum eum facientibus. ut vſ. 6. ſed facile ferri poteſt vulgata.

524. 5 πεισόμενος. tuetur tamen vulgatam Weſſeling p. 135. 12 f. ὡς ἀμελῶς [vel ῥαθύμως] φυλασσόμενος: ut negligenter et incurioſe. 26 cogitavi aliquando συγκεκραμένον (a συγκεραννῦναι) aut, eodem ſenſu, συγκεκριμένον. a συγκρίνειν. poteſt tamen vulgata ſervari, et exponi ſimultas quocunque tandem caſu fortuito ipſum inter et Lacedaemonios conflata.

525. 38 ἀνακινδυνεύσειν. 42 δοκέειν τε γὰρ] ſubaudi ἔφη. 45 f. τῶν συλλελεγμένων. pen. f. ἰάζεσθαι mores Ionum imitari, ſcil. in extiſpicis et victimis.

526. 31 f. βαρβαροφώνου ἰυγῆς. concurſum graecorum et clamoris barbaram vocem mittentis, id eſt et barbarorum.

528. 5 mallem, μετεστάναι *mutare stationem ſuam.* 26 ἄρτιοι ἰόντες non ad Spartanos, ſed ad Perſas, neque ad πέμψετε vſ. 24. ſed ad εὕρομεν vſ. 27. pertinet. *quum nos, Perſae, parati eſſemus vobiscum ſolis pugnam committere, invenimus vos horum nihil quidquam audere.* 32 μαχεσόμεθα. ut vſ. 35. et id e codd. Arch. confirmat Weſſeling p. 136.

529. 10 f. τόδε μᾶλλον. *hoc maxime illos habebat ſollicitos.* 36 πάσης *toto equitatu.* v. p. 531, 21.

530. 12 Weſſeling p. 156. ſuadet κείνε ταῦτα γινωσκομένε, *illo haec conſilia animo agitante*, aut *ſic animato*, 35 ἀπιγμένοις aut ἀπιγμένοισι ſcil. ἐς νεῖκος.

531. 7 τε] l. μὲν. 11 non ſatis intelligo quid ſit ἰθείη τέχνη. num igitur εὐηθίη ἡ τέχνη *a Spartanis ſe deſeri prae ſtultitia, aut callida fraudis diſſimulatione.* 39 f. ἐνεπεδείκνυατο. 42 f. σύνοιδατε aut συνήδετε, *quibus conſcii eſtis alicujus boni facti*, aut *virtutis*. *antep.* ἔτι] tandem aliquando, citius, tardius, ſemper tamen ſatis cito ad ipſius quidem perniciem.

532. 12 κομισθέντες.

533. 17 λίμνασι.

535. 42 f. χώρῳ πεφοβημέναι. *ut uno in loco deprehenſa millia hominum cum multa, tum eadem metu exſternata.* et id quoque praefert Weſſe-

ling

ling p. 205. e codd. mſtis et margine Stephani. 45 f. καταδεκοτέων χιλιάδων τεσσέρων.

536. 33 vindicat verbum κατήμενος et exponit *ſtans in ordine atque acie*. Weſſeling p. 125. a quo adductis locis addi poteſt p. 163, 2.

537. 16 ἐπιπίπτοντες, aut ἐμπίπτοντες. 23 e codd. mſtis ἐπίσημον addendum eſſe ante ἀγκυρᾶν docet Weſſeling p. 61. 38 καὶ αἱ ἀμφίπολοι. antep. ὤνησας] nam ad hoc quoque, quamvis minutum officium prodes, non ſolum modo ad magna efficienda. fructus tui non ad rerum publ. ſalutem ſolummodo, ſed ad privatorum quoque et meam, pertinet.

538. 28 ἐς μάχαθος.

540. 15 βασιλῆος]. Weſſeling p. 88. emendat ἡγεμόνος e codd. mſtis.

541. 6 κεινά. id eſt κενά. *cenotaphia*. ſic recte dat Plutarch. p. 872. *antep.* idem τούτους δὲ ἐπαισχυνομένους habet. quod ſane melius eſt, quum ἀπαισχυνομένους, poteſt vetuſtum ἐπαισχ. revocari. nam Gronovianum ἀπαισχυν. locum tueri nequit, quum ſententiae repugnet. v. Weſſeling p. 63. 44 ἐπεποίθεσαν. et ſic dudum correxiſſe Portum, et codices mſtos conſentire intelligo e Weſſeling. p. 137.

543. 35 κατακοιμίσαντος. ἃ κατακοιμίζειν. et ſic paullo poſt quoque vſ. 43. antepen. ἐπεί τε poſteaquam. oracula ipſis reddebantur, poſteaquam interrogaſſent vates.

544. 37 τεῦ] f. ἐπιὼν. pervagans totam graeciam, metrice expromebat oracula.

544. 20 diſtinguo νικήσαντες, ἐπ᾽ ἀμφότερα. ἐπιλεγόμενοι γάρ —

546. 16 f. νεοχμιον id eſt νεοχμοῦ ἐχόμενον. nam νεοχμὸς eſt nomen ſubſtantivum. et ſic quoque 547. antep. 20 aut παρεσκευάσατο leg. aut addendum πάντα. 27 f. συμπίπτοντος τοῦ τε— et tum poſt τραύματος erit comma collocandum. nam φήμη cum τραύματος non cohaeret, ſed ſtat ſeorſim per ſe, ut et vſ. 38. paullo poſt vſ. 46. appellatur κληδών. paullo ante vſ. 21. in τῆς αὐτῆς ſubauditur ἐπί. 35 οὐ delendum. 40 deberet ὀψίην adeſſe. nam eſt δείλη πρωΐα quoque. verum quia πρωῒ praeceſſit, omiſit auctor ὀψίην, ut quod lectorum quiſque facile poſſet e praemiſſis intelligere. 43 interpretationem latinam hujus loci corrigit, et vocab. κυματωγὴ exponit Weſſeling p. 206.

547. 2 aut προσεχέως leg. aut delend. eſt τεταγμένοισι. 21 οὔτ᾽ ἔτι.

548. 31 comma poſt προθύμως promovendum. *cum acriter contenderent inter ſe, tandem cedebant Peloponneſii.*

549. 24 forte ſic diſtinguendus et integrandus eſt hic locus πρήσσει τὸν γάμον τοῦτον. τῷ παιδὶ τῷ ἑωυτοῦ Δαρείῳ μνέεται [aut μνᾶται] θυγατέρα. 45 ἥσσων.

552. 23 conferri poſſunt quae olim ad h. l. in Miſc. Lipſ. VIII. p. 673. ſcripſi, cum illis quae nuper Weſſeling p. 90. pro utraque lectione ἀφύκτως et ἀφυλάκτως attulit; optionem cuique relinquens. mihi nunc placet nil mutare. poteſt ἀφύκτως etiam elegantius haberi. 28 τε] l. μέν.

553. 29 αὐτόθι.

AD
ARISTIDEM.

AD ARISTIDIS
HYMNUM IN JOVEM.

1. *edit. Jebb.* 2 καὶ πρόσω] id eſt οὕτω καὶ πρόσω. haud raro οὕτω in apodoſi omittitur. 6 κατὰ τούτων εὐχόμενος ita dictum eſt ut κατ' ἐξωλείας ὀμνύσαι *jurare ſub*, vel *cum imprecatione, devotione perniciei, interitus*, quod aliquoties apud Demoſthenem legitur.

2. ζῶντι δ' εἰ κάλλιον.

3. 13 f. καὶ τῇ ἄλλῃ δὲ, [ſubaudi ὕλῃ] ἣ πυκνῶσαι φύσιν εἴληχεν. *aliaque materia, quae conſtipare et conſolidare poteſt.* 15 ſic diſtinguo et lego. ὀρῶν ἕδρας καὶ γῆς, ὅτιπερ δύναμις, τὸ ἕτερον — *campos* appellat *montium et terrae* hoc eſt ſoli pulverulenti, quod aratur, foditur, calcatur et inhabitatur, *ſtabilimenta*, ſedes firmas, in quibus et montes et agri conquieſcant. Campi ſunt vaſta lata et plana ſpatia, montibus interjecta, non ſola ſumma ſuperficies eorum, ſed quantumvis profundae altitudines terrae montibus non interſectae. deinde ait deum *alterum*, terram puta, *altero*, montibus ſcilicet, compegiſſe et confirmaſſe, ita ut alterum alteri eſſet repaguli loco, quod impediret ne quid dilaberetur; idque deum feciſſe ὅση δύναμις quantum virium in eo ſitum erat, pro virili ſua, quantum ejus rei fieri poterat. ὅση δύναμις ſcilicet ἦν αὐτῷ. 16

αὐτῷ bene habet. ὅσα εἶχεν αὐτῷ τὰ δευτερεῖα τῶ βάρως [ſic enim puto leg.] ſignificat *ea, quae penes eum habebant ſecundum gravitatis gradum* quae deus videbat primis minus gravja eſſe. conjeci tamen aliquando αὐτῶν. ſcilicet τῶν ὅλων. *penult.* τόπως] ſ. πόρως. *meatus.* *ult.* συνέπλεξε. *complicuit, implicuit.*

4. 2 δι' ἑκατέρω τῶ σχήματος] tam per viciſſitudines montium et camporum alternatim ſeſe excipientium, quam per maris et fluviorum texta velut interpoſita. *ibid.* δι' ἄλλων ἀμφότερα. *quemadmodum terram utroque illo modo firmavit deus, ita ſimul terram atque mare firmavit eo, quod ambo illa elementa per alia velut impoſita repagula in terminis ſuis coerceret.* 3 ante ὑπὲρ videtur γὰρ excidiſſe. *nam et aërem* — 5 τῶτ'] ſ. τῶ. 11 λαμπρότατον οἰκητήριον καὶ ἀγνότατον. ὥδὲ γὰρ νόσας, ὥδὲ γῆρας εἴσεισιν. 15 ἐπιτεταγμένον. *penult.* τὸ μὴ ὦ πάντα τέλεια καὶ πρέποντα ἀλλήλοις δημιυργὸς αὐτὸς καὶ οἰκιστὴς τῆς τῶ παντὸς ὥσίας τε καὶ δυνάμεως ἔχειν. *ne ipſe, qui eſſet opifex et ordinator tam exiſtentiae quam efficaciae rerum omnium, nihil non haberet perfectum, alterumque alteri congruens.* *ult.* ὡς ſi bene habet, eſt pro ὁμοίως. *pari modo.*

5. 6 ſ. ὑπὸ σάθρον] l. uno vocabulo ὑποσάθρον, in nominativo. *ſuex.* 16 πεοῶσαν, ὥεί τε καὶ γ. v. p. 8, 9.

6. 5 ἀνθρώποις et μόνοις.

7. 8 δὴ ἀρμόττει. 9 ἐννοίᾳ ſuſpectum. ὠρανὸς hic loci eſt quod nos appellamus *das Wetter.*

Wetter. qualiſcunque coeli temperies, humida aut ſicca, ſerena aut turbida, verbo atmoſphaera noſtra. 7 καὶ ὑπαραβαίνει.

8. 11 ἐν πᾶσι καιροῖς] *in omnibus aerumnis, rebus adverſis et periculis.* id notat voc. καιρὸς. qua de ſignificatione dicam ad Polybium. non ſatis recte Canterus hic loci. *aut ubicunque.* 14 praefero καιροὺς codicis Barocciani. *oportunitates*, ſeu facultatem et modos rebus utendi tum, quum convenit, et ita ut convenit.

AD HYMNUM
IN MINERVAM.

In titulo lego μαντευτὸς [oratio quae dicitur velut ὑπὸ μάντεως, quae quaſi μαντεύεται ab inſpirato recitatur,] Ἀθηνᾷ Minervae ſeu in laudes Minervae. vel potius quae dei juſſu dicta aut ſcripta eſt. ſic apud Philoſtratum p. 691. λουτρὰ μαντευτὰ ſunt balnea *dei juſſu uſurpata* v. *Addenda.*

9. 5 recte in Stephanina eſt τῆς θεοῦ.

10. 14 ἡ δὲ] l. ἥ γε.

11. 2 f. παρενεγκεῖν τὸν πάντα τοῦ ἰσομένου, 3. f. καὶ τοὺς ἄλλους ἡγουμένους. 12 ῥᾶον. 15 ὑγιείας φάρμακον non eſt *valetudinis remedium*, ſed bonae valetudinis inſtrumentum, id quod eam efficit, comparat, et homini conciliat. diſputavi hoc de uſu vocabuli φάρμακον ad Dionem Chryſoſt. p. 127, 35.

12. 8 [illegible] codex Bar. [illegible]. 10 προβαλόμενοι in aoristo. 11 νομοὺς gravi in ultima poſita. 15 νομίζειν χρὴ, τὰ τοιαῦτα εἶναι πάντα δῶρα τῆς Ἀ. *exiſtimare oportet, illas res omnes Minervae in acceptis ferendas eſſe, quae pertinent* — εἴ τις ut etiam Barocc. 19 εἰ δὲ καὶ διχῇ πάλιν [ſubaudi διαιροῖτο e ſuperioribus] τὰ κατὰ τὴν ἤπειρον, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ, τὸ — *ult.* f. αἱ ὁλκάδες καὶ ἡ διὰ τούτων ἐμπορία. ſententia loci haec ferme erit. dividamus rem diſputando in duas claſſes. res omnes civiles aut ad bellum aut ad pacem pertinent, et aut terra aut mari geruntur. Iam in bellicis rebus (ſi quis hanc optet diviſionem) oſtendere poterit Minervam utrique bellandi generi providiſſe, tam terreſtri, quam marino. porro ſi etiam terreſtria aliquis bifariam dividat, unica res navalis ad utrumque, hoc eſt, tam ad bellum, quam ad pacem, pertinet. nam in ſorte pacis ſunt onerariae naves et quae per eas exercetur mercatura: militiae autem inſtrumentum ſunt triremes.

13. 3 ναυμαχία] f. ναυπηγία. pro ſecundo ἐμπορία requiro aliud, ſed ſubterfugiens, vocabulum. χαλκοτυπεία ſententia admittit, quin poſtulat, et artem quoque ferri cudendi Minervae donum habebant veteres. ſed nimium abeſt a veſtigiis literarum. an ξυλουργία, vel τεκτονική. 5 καὶ τὸ ἀμφότερον ἦν, τό γε ζεῦξαι. recte γε dat Barocc.

14. 1

14, 1 videtur Canterus Ἀθηνᾶς legiſſe; ſed poteſt vulgata ſtare, et πρόνοιαν adjective accipi pro προνοοῦσαν vel προνοητικήν. v. p. 16, 5. 2 αὐτῶν αὐτῇ χάριν. 12 καλεῖ recte dat Barocc. pen. καὶ αἱ ἐλευσίνιαι.

15 5 ἀπολλυμένης ὑπὸ — porro Canterus in interpretando vocem ἐπιμερικὰ praeteriit, quae quid ſibi velit haud video. dubium non eſt aliquid hic deeſſe: μειρακίῳ enim ad Telemachum, φαύλης καὶ γελοίας autem ad Vlyſſem pertinet. 8 αὐτόν. verba τὸ παρ' αὐτῆς πῦρας ſunt ſuperenarratio vocabuli praemiſſi βέλους. 9 e Γοργόνας, quod eſt in editione Stephani, efficiebam Γοργόνος. idque rectius puto quam Γοργόνων, propter ſequens τὴν κεφαλήν. Gorgo eſt Medaſa. 15 dictio παρὰ τὸ εἰκὸς ἐλθόντα ſignificat *tantopere vicit exſpectationem hominum, naturae vias ſolitas et vires rerum unice reſpicientium.* antep. ἐδὲν ἄλλο ἐκ τούτων] ſubaudi γίγνεσθαι. *mihi videtur aliud nihil ex eo confici, quam Minervam ſententiam dixiſſe.*

16 4 non Minerva νικηφόρος, ſed Νίκη ipſa appellatur. inſignis locus Pauſaniae p. 101: ſive huc pertinet, ubi Ἀθηνᾶ Νίκη memoratur: 5 θεσμὸν] ſ. κόσμον. et id videtur quoque Canterus in animo habuiſſe. forte tamen Ariſtides vulgatum loco alterius conſuevit uſurpare. quod ut ſuſpicer facit p. 45, 12. εἰς ἄλλον θεσμὸν ἔρχεται. *in alium abierunt mundum* ubi Canter *rempublicam* vertit. et p. 176, 3.

21. 2 ὅτε τὴν γένναν. porro fuit quum dubitarem de ἐξαμεληθεῖσαν, ut conjicerem ἐξαμβλωθεῖσαν. quod necdum diſplicet. 4 videtur Canterus legiſſe εἴ γε μὴ καὶ πρότερος. et id ſane ſententia flagitat. 5 poſt θεῖα tacite repete a communi ἀνήνεγκε.

22. 9 poſt αὐτῦ non dubito aliquid deeſſe. non enim haec ſolummodo ſententia labat, exſpectes enim ἀφικνεῖσθαι vel ἀπέρχεσθαι φησὶ, ſed etiam ſequens γὰρ lacunam prodit. e. c. deeſt ἀλλὰ τί γὰρ ταῦτα κατὰ μέρος ὅτω διέξειμι, *at quare tandem ſingula haec minutim conſector ſermone?* 11 νεὼ. in nominativo plurali. 12 τῦτον ἐγὼ. redit enim ad χῶρος, vel ἰσθμός. 13 βασιλεῖα. *regiam.* tum ſic diſtinguo: καὶ αὐλὴν (ὥσπερ Ὅμηρος τὴν Διὸς αὐλὴν ὠνόμασε) καὶ ὁρμητήριον. pertinet hoc ὁρμητήριον ad Neptunum. nuſquam enim Homerus Iovis ὁρμητήριον dixit, ſed αὐλὴν ſolum modo, ut Odyſſ. Δ. 74. *ad hujus exemplum*, ait Ariſtides, *appellaverim ego Neptuni aulam et arcem* (id enim eſt ὁρμητήριον) *Isthmum.* 15 τῦτον ὅτω καλύμενον. 18 f. πολλήν τινα τῶν πρόσω εὐρυχωρίαν. *unicuique mari hoc tribuit, ut quo magis ab Isthmo abiret, eo magis amplificaretur et in latitudinem ſeſe expanderet.* antep. ἑκάστη θέαμα, τῶν ἁπάντων, ὁπόσα ἐν γῇ, παραδ. ſic diſtinguo.

23. 2 aut delendum eſt τε poſt ἀφνειόν, aut ſervato, deeſt aliquid. e. c. καὶ ὄλβιον. 3 αὐτὴ] l. αὐλή. 10 diſtinguendum com-

mate

mate poſt ἄλλᾳ poſito. *nam, ne reliqua commemorem, in quibus Corintho cum pia quadam matre convenit, ſolum hoc dicam, non eſt locus alter, ubi quis jucundius et cupidius requieſcat, velut in amplexu matris, quam hic.* 11 οἷον αὐτή] mallem τοιαύτη. *talis eſt Corinthus requies.* 16 ὡς εἶναι σαφῶς τῆς Ἀφροδίτης τὴν πόλιν, ὃν [non ἣν] ἐμοὶ καὶ ἐπονομάζειν ἔπεισιν, ὅστις — *adeo ut urbs haec abſque controverſia ſit Veneris ceſtus, quo nomine etiam hanc urbem ornare me lubido inceſſit, quisquis tandem ille celebratus Veneris ceſtus alioquin eſt.* ult. εἰ δὲ καὶ —] obſcure enunciata haec ſententia, ut ſentias aliquid ejus integritati deeſſe. Sententia plena foret, aut haec: ſi deae, ut inter ſe olim, de ſua forma contendebant, ſic de praeſtantia urbium contenderent, Venus Corintho calculum ſuum tribueret. aut haec: ſi ego civitatibus arbiter legerer, de forma inter ſe contendentibus, cum Corintho facerem, ut Paris olim cum Venere ſtetit.

24. 5 f. ὁρμητήριον ἐστι ἡ πόλις ἔτι καὶ νῦν. aut poſt πόλις deeſt ἥ γε. 6 aut πλοῦτε τε γέμει καὶ πλήθους ἀγαθῶν, aut πλοῦτόν γε μὴν ἔχει καὶ πλῆθος ἀγαθῶν. deinde leg. αὐτὴν non αὐτῇ ob ſequens ἐννάουσαν, et Canteri ſupplemento non eſt opus. 8 μεσὴν] f. μέσην. 12 τε] l. δέ. 14 f. ἢ τὰ μετὰ ταῦτα πάλιν τί δεῖ λέγειν. nam accuſativi hi nequeunt a ſuperiore μεμνῆσθαι regi. ab hoc τί δεῖ λέγειν pendent etiam ſequentia vſ. 18. ἢ τὰ ἐν τῇ γῇ

πάλιν. 18 εἴ τε καὶ ὡς ὄρνιθος. ut recte dat Barocc.

25. 6 distingu. et l. ἐπικαταλαμβανέσῃ, ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐν ἁρματηλασίαις, εἴ πως ἦν ἰδεῖν ἀνθρώποις ἐσι φερόμενον τὸ Ποσειδῶνος ἅρμα. *tanquam ſi eſſet (neque dubito hoc ſimile afferre) Neptuni currus in certamine curuli, ſi modo datum eſſet mortalibus divini currus velocitatem et vias oculis cernere.* Conjecturam meam εἴπως confirmat codex Barocc. 18 ἄλλως τε καὶ] ſententia eſt: cum alias, alio in ſermone, libro, loco, non deceat talia de diis referre, omnium minime decet ita deos infamare in ſermone de ipſis inſtituto, et qui id agat, ut laudes eorum celebret. *penult.* quaenam Anglum agebant intemperiae, ut veterem probam lectionem nulla neceſſitate urgente, nullo codice auctore expungeret, et cum vitioſiſſimo ſuo commento mutaret. quod facinus ab eo crebro commiſſum eſſe merito aegre ferimus et indignamur reduc quantocyus bonum priſtinum ἐλθόντας. quod ſi corruptor ille Ariſtidae intellexiſſet, non mutaſſet. Sententia eſt: expurgemus ex animis noſtris eluamusque omnem illam de furore Athamantis fabulam, etiamſi oporteat ejus rei cauſſa, ut faciunt ſacra luſtralia ſuſcipientes, ad mare deſcendere vel utrumque.

26. 5 γε] l. τε. 7 φιλίως. 9 γε] l. μὲν. 10 τὰς δεῦθεν ἐκεῖσε. *abitum* Leucotheae *hinc*, ex Isthmo, *illuc*, ad Neptunum-

num, in mare. 12 recte habet vulgaris lectio αὐτῇ. locus debebat ſolummodo diſtinctione mutata adjuvari ſic: ὅς ἦν, ἐξ ἑτέρου λέχους ἔρα, αὐτῇ, φέρειν. *filium, qui ipſi erat ex alio, ut videtur, thoro natus.* 15 ὑπερφώρισαι. et ſic videtur quoque Canterus legiſſe. 16 πρὸς γῆν] imo vero ὑπὸ γῆν. *ibid.* γένοιτό] l. γενέσθαι. *pen.* προσελθεῖν.

27. 4 θεὸς οὐκ οὖσα. *neque inter deos egiſſet, ſi dea ipſa non fuiſſet.* 7 tranſponenda vocabula ſic. τιμωρήσασθαι, καὶ ταῦτα, ἔχοντα ἐν ταῖς χερσὶν. *idque, quum eum in manu et poteſtate ſua haberet.* 17 comma ante φίλα retrahendum. 19 τελετῆς τῆς ἐπ' αὐτῷ.

28. 2 f. καὶ θάλατταν αὐτῷ πραεῖαν εἶναι ἐν γῇ. 3 ſi vulgata ſervetur, comma erit ante ὑποδεχομένου figendum, et ſubaud. αὐτοῦ. neque damno hanc rationem. mallem tamen ὑποδεχόμενον ut planius et mollius. 4 γράμματα] ſubaudi παραγράφει, hoc eſt παραγεγραμμένα παρέχει ὁρᾶν. 10 recte habebat vetus lectio τούτου. *ibid.* εὐθηνεῖν.

AD HYMNUM IN BACCHUM.

29. 3 ἐρραψάμενος eſt pro ἐνραψ. *ibid.* ἐξ ἀρχῆς] *rurſus, de novo.* quaſi nunquam antea geſtatus utero fuiſſet. 4 aut Νύσῃ, aut τοῖς ὑπὲρ. 8 αὐτῷ hic accipi debet pro αὐτοῦ.

alias redundaret. nam idem in ſe eſt atque ſequens εἰς αὐτόν. 11 f. καὶ γὰρ ἐν ἠϊθέοις καὶ ἐν κόραις. [ſubaudi τέτακται vel ἐξήτασαι.] ἀῤῥενωπὸς μὲν καὶ ἁδρὸς, ὡς ἐν κόραις, καὶ αὖ — *et ad pueros et ad puellas pertinet. nam ſi inter puellas ſpectetur, apparet vultu virili et corpore toroſo. quod ſi autem rurſus ut maſculus conſideretur, apparet* ἀγένειός τε καὶ χαρίεις. *imberbis et bellus, inſtar mulieris.* 15 τε] l. γε. *penult.* poſt ἀλλὰ καὶ deeſt aliquid. nam ut ὀργῇ praecedens habet ſibi reſpondens συμπότης ὁ τέως πολέμιος, et ut ... pariter habet ſibi reſpondens καὶ ὁ γέρων ἀνηβήσει: ſic videtur etiam νόσῳ habuiſſe ſubjectam ſibi enarrationem. videtur itaque Ariſtides ſic ferme reliquiſſe ἀλλὰ καὶ ὁ κάμνων πιὼν ῥᾷον ἔχει, καὶ συμπότης ὁ τέως πολέμιος. *ibid.* poſt ἀνηβήσει deeſt aut εἰ, aut ἅμα. *rejuveneſcet ſenex, dummodo bibat*, aut *ſimul atque bibat.* poteſt quoque loco πίεται legi ἵεται *fertur, ruit*, vel κινεῖται.

30. 2 ποιοῦντων] l. ποιῶν τῷ. *tanquam ſi idem Baccho faciat.* 8 f. ὁμοῦ τοῖς ἐκ τῶν ἀνδρῶν ἐπάγεσθαι. 14 vult dicere ſolum Bacchum in bello Medico ſe oſtendiſſe Graecis eoque ipſis auxilii ſui ſpem monſtraſſe, tacentibus et cunctantibus reliquis numinibus. atqui Herodotus portenta Herculis, Cereris et Minervae eo in diſcrimine viſa narrat. 16 aut ἀνακραθεὶς, aut συγκραθεὶς. *commixtus.* de Eurycle engaſtrimytho v. Apoſtolii Proverb. Cent. 7, 48.

31. 4 f. καὶ τὰ πολλὰ δὴ τὰ τοιαῦτα κεκλημένον. ſubaudi θέλω vel κελεύω. *ſalvere jam jubeo Bacchum, et quocunque tandem alio nomine gaudet appellari. plura enim habet cognomina.*

AD HYMNUM
IN HERCULEM.

2 πολλὰ] l. πολλοί. 3 ſignificat exclamationem proverbialem, ὦ Ἡράκλεις, qua nihil frequentius erat in ore Graecorum ſive expaveſcerent, ſive ſtuperent et mirarentur aliquid v. p. 34, 10.

33. 8 f. Αἰγυπτίους, ὡς καὶ αὐτῶν τινα λέγουσιν Ἡρακλέα. *Aegyptios quoque indigetem celebrare aliquem Herculem.* 12 δῆλα δὲ] ſubaudi ταῦτα καθίσαται. 13 μὲν] l. τε. 15 καὶ ταῦτα μέντοι] ſubaudi ἐξηγεῖτο ὁ θεός. *praecipiebat hoc Apollo eo in ſermone, quem ad Athenienſes habuit.* ult. πολλὰ] l. πάλαι vel παλαιά. *quid attinet vetuſtos caſus conſectari? quum noſtra adhuc aetate —*

34. 6 aut ἤδη παίζων leg. tranſpoſitis vocabulis, aut leg. παίζων, νὴ Δί', ἄφθη. 9 f. ταῖς ἀκριβείαις τῶν περὶ τὸν θεόν. *veritas tamen manifeſta et extra omne dubium poſita mirandorum effectuum, quos hoc numen de ſe edit, efficiat ut pro adyto habeatur.* αἱ ἀκρίβειαι idem eſt hic loci atque ἡ ἀκριβὴς ἀλήθεια. 12 in locum ſigni interrogationis et puncti, commata ſuccedant, moneo. conſtructio enim haec eſt. τί

δὲ? εἴπεις ἂν ἄρα τὴν κλῆσιν — ἐκ εἶναι μέτριον ὑπόμνημα — 16 ἡ μὲν redit ad proximum ἀλεξίκακος, ἡ δὲ autem redit ad καλλίνικος. 17 bene habet νομίζουσι. ſubauditur καλεῖσθαι καὶ θεραπεύεσθαι. 18 τῷ νώτῳ] f. τῶν ὤμων *in humeris* vel potius τῷ ὤμῳ. et deinceps τὸν οὐρανὸν ἐς συμμετρίαν ἱκανὸς ἄγειν. ſed ſatius eſt ſuſpicari aliquid hic deeſſe. *penult.* f. ἐν ἀνθρώποις ἦν, ἔπραττε, τὰ δὲ καὶ — deinde poſt ἐν πρώτοις ſubaudiri debet ἃ δεῖ περὶ τῦ θεῦ ὑμνεῖν.

35. 3 f. διῴκησαν. *civili regimine rerumque et penſorum atque ordinum ſapienti diſtributione exornarunt.* ſi vulgata recte habet, exponenda eſt: *ductis huc illuc Dorienſium coloniis Aſiam diſtinxerunt.* 7 πλέον ποιεῖν] *effecerunt laudati viri illis exercitiis, quibus ſuos cives inſtituebant, ut Spartanus imperator plus efficeret in bello, quam aliorum exercitus.* 15 ἀρχαῖα λέγειν] *ea ſi dicere ſuſciperem, ſtoliditatis aut futilitatis notam effugere non poſſem.* 17 aut ἐς τε νῦν aut ἔτι νῦν. *adhucdum noſtra aetate ut olim ſolebant, conjungi ſolent eorum ſtatuae.*

36. 2 ἄν τι χρῆμα. tribus vocabulis. 9 ἀντ' ἄλλυ μέλυς ᾐσμένος. *loco alius carminis decantatus.* 10 καθ' ἥν.

AD HYMNUM
IN AESCULAPIUM.

pen. f. ἐφ' ἡμέραν. *in diem.* quotidianas. *ult.* ἐπῃσθημεν.

37. 1 f. ἐπιμελὴς μὲν δήπε καὶ ἡ διὰ τῶν θυμάτων καὶ ἀναθεμάτων χάρις. *non negligo utique Aeſculapium offerendis victimis et donariis honorare atque mihi conciliare.* 2 ἡ δ' ἀπὸ τῦ λόγυ. 6 ἐπὶ rurſus cum ἀπὸ eſt mutandum. 7 κοινὰ μὲν, εὖ οἶδ' ὅτι. 10 f. ἐχ ὅσας μόνον ὁ τῶν — aut μᾶλλον δὲ ἁπάσας ἐδ' ὁ σύμπας τῶν ἀνθρώπων βίος χωρεῖ aut μᾶλλον δὲ ἁπάσας ἐχ ὅσον [*non ſolum non* v. p. 43, 1.] ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, ἀλλ' ἐδὲ αὐτὸς ὁ κόσμος χωρεῖ. 16 πάλιν primum Anglus malo conſilio uſus inſerſit.

38. 3 comma poſt ἤδη promovendum. reſpicit illud ἤδη ad ſuperiora. hactenus, vult dicere, beneficia attigi, ab Aeſculapio univerſo generi humano tributa. jam τὰ ἐν μέρει particularia quoque mihi ſunt nominanda, quae Aeſculapius ὁρῶν πρὸς ἄνδρα reſpiciens ad ſingulorum quorumque corporis vires, animi facultates caeteraſque rationes diſtribuit. 7 ἰτωσὶ idem eſt atque ἁπλῶς. *quae ad me ſolum,* vel *unice, pertinent.* ſic ἰτως pro μόνον, μοναχῶς habes vſ. 13. 8 ἀναςῆναι eſt reſurgere de lecto, in quo aeger decubuerat, ut κεῖσθαι cubare, hoc eſt aegrotare. Canterus ergo non *a morte* ſed *a morbo* dare debuerat. ſed antiquum obtinet etiam p. 55, 4. — 10 χρόνες ἐπιδιδόναι dicitur hic Aeſculapius propterea, quod aegrotis certos temporum terminos praedixiſſet et praefiniiſſet, quibus illi ad priſtinam valetudinem eſſent redituri. ἐπιδιδόναι magiſter

dicitur, dictans et verba praeeuns, quae auditor calamo excipiat. Aeſculapius talis erat magiſter tum, quum aegro finem morbi et initium ſalutis praeſignificaret, quod aeger memoriae, velut pugillaribus, inſcriberet. 12 γενέσθαι σφίσι] ſubaudi νέα, vel αὖθις. *renata ipſis fuiſſe.* 17 elegans eſt lectio codicis Barocc. τὰς δέ γε. *pen.* θέρμης, ὢ ψύχους, ὡς ἄν τις δόξαι, δεόμενον. ita lego et diſtinguo. *frigida lavare quemquam, cui opus eſſe calore et excalefactione, non autem refrigeratione, exiſtimes. ult.* ἀπόρους] *quorum exitus inveniri nequibant.*

39. 4 ῥᾳστώνην εὕροντο, ὧν ἐδέοντο obſcurius et implicatius dictum pro ῥᾷστα εὕροντο ταῦτα, ὧν ἐδέοντο πρὸς τὴν ἑαυτῶν θεραπείαν. *facillima factu vel toleratu inveniebant ea, quae neceſſaria ipſis ad reſtituendam bonam valetudinem eſſent.* 5 πάνυ κοῦφα καὶ ἐν ἡδονῇ id eſt ἡδέα. 7 f. καὶ τὰς παρὰ ταύταις ὁμιλίας *et exercitationes meas oratorias ibi publice exhibitas*, ἐῶ *omitto dicere.* ἡ δὲ ὑμετέρα εὔνοια, συγχαιρόντων ἐμοὶ, καὶ συνευφραινομένων — ad hunc enim fere modum putem integrari poſſe lacunoſum hunc locum. *at veſtra erga me benevolentia, qui ob applauſum, quem eloquentia mea in urbibus Aſiae fert, mecum gaudetis et eum mihi congratulamini, tanquam de bonis veſtris propriis* — 11 f. εἴπερ οὐκ εἴη [vel potius ἦν] μεμνῆσθαι. *niſi meliora haberem commemoranda.* 17 f. καὶ λόγους ὑπέθηκε. ſcil. Aeſculapius. nam alias hiat et labat oratio.

tio. *penult.* ὥσπερ οἱ τοῖς παισὶ] ſcil. ὑποτιθέντες vel ὑπογράφοντες *praeſcribentes.*

40. 2 ἁγιώτατον. *ſanctiſſimum.* vertit Canterus ac ſi legiſſet ὑγιέςατον. ſed id ego equidem minus probo. 3. f. ἐγὼ δὲ, εἰ θέμις εἰπεῖν, ὧν σὺ ἐποίησας, [vel ἐποίεις, vel ἐδίδασκες] φημὶ ὑποκριτὴς εἶναι. *ego vero ajo me hiſtrionem (ſi fas ſit in tanta re hoc vocabulo uti) earum fabularum eſſe, quas tu ſcripſiſſes.* 5 ἃ] ſignificat applauſum, quem oratores recitandis ſuis orationibus venantur. 11 ὁμοίως δὲ καὶ τῶν βασιλίδων. ut recte cod. Barocc. 12 poſt χορῦ videtur deeſſe καὶ σὺ τύτυ αἴτιος, aut καὶ σὸν τῦτο ἔργον. nolim tamen hoc pro certo affirmare. 14 dictionem τὸ σύνθημα παρ' ἡμ ἀνακαλῦν ἔργῳ non intelligo. forſitan alludit ad praedictionem aliquam oratori ab Aeſculapio per inſomnium oblatam, qua juſſus fuiſſet certo tempore certaque ad ſigna adire ad imperatorem et verba coram eo facere. 16 αὐτήκοοι τῶν κρειττόνων] ſignificat per τὰ κρείττονα ſuas orationes. *ut viri perfectiſſimi ſuis jam auribus,* neque ut antea famae, *crederent me oratorum optimum et perfectiſſimum eſſe,* quippe quem ipſi talem uſu cognoviſſent. 17 recte Bar. πρὸς τὺς ἐντυγχ. ult. τοῖς λόγοις. *ſuffragia meis orationibus colligere ab auditoribus exacta.* aut ἐπιψηφίζεσθαι τοῖς λόγοις. *primum ſuffragium ferre meis orationibus.*

AD HYMNUM
IN ASCLEPIADAS.

41. 3 f. ἐχέτω δὴ τὸ ὕπαρ, ὡς καὶ τὸ ἐνύπνιον. *agatur itaque res a vigilante ſit, ut agi videbatur dormienti.* 5 δόξαι] l. ἔδοξεν. 9 ἐπιδειξώμεθα. et id Canterus in latinis expreſſit; *declamemus.* notae rhetorum et ſophiſtarum ἐπιδείξεις. 13 ποιηταὶ ἐς πάντα τὰ δοκοῦνθ' ἑαυτοῖς, ὡς εἰπεῖν. *nam ſi poetae Apollinem et Muſas ad omnia, paene dixerim, quae ipſis in mentem veniunt, invocant.* pen. f. καὶ παράδοξα ἐπιδείξας [aut παράδοξος φανεὶς] καὶ ἐς [vel περὶ] ἄλλα, aut ἀλλαχῇ.

42. 2 *ſunt enim ad quartam usque generationem nobili orti proſapia, ad inſtar theſinothetarum* (in quibus legendis ea requiritur inter alias conditio, ut ipſorum majores ad quartum usque membrum fuerint nobiles] *aut, ut rectius dicam, nullius usquam theſinothetae nobilitas ad horum nobilitatem accedit.* 4 διὰ πάντων ἄκρων] *patribus inter Iovem et ipſos interjectis praeſtantiſſimis.* v. p. 44, 13. 12 κατ' ἐπωνυμίαν] *Chiron cum Aeſculapio comparatus id erat reapſe, quod nomen ejus ſignificat,* ſcil. χείρων, *ſequior, inferior.* 14 οἵδε Θετταλία. 15 εἰ] l. ἐς *partim in republica gerenda et officiis civilibus peragendis ſe gerentes dignis patria modis.* τὰ ἐκείνῃ πρέποντα. aut ſi ἐκείνοις malis, erit *iis modis, qui ipſorum genus perſonasque decerent.* penult. καιρὸς αὐτῶν] *tem-*

tempus, in quo ſeſe monſtrarent uſumque omnem, quem cives ab ipſis exſpectarent, praeſtarent.

43. 9 τοῦτο δὲ, ὡς — 10 ἔτι] f. πολλοῖς ἔτεσι, aut ſaltim ἔτεσι. 11 ἤδη. 16 σφαλερὰν καὶ ὕποπτον] ob coeli, quae inſulam olim urgebat, intemperiem. *penult.* ὅτι] l. ὅ, τι. *nam quod* — ſubauditur ἔχον.

44. 5 *medicatione ſua famam, quae antea inter Graecos magna fuerat de Aegyptiorum peritia medica, obſcurarunt, eorumque medicinam penes Graecos in neglectum, contemtum et oblivionem adduxerunt.* Conſtat igitur ex hoc loco ante Aſclepiadas medicos in Graeciam ex Aegypto aut arceſſitos, aut ſponte veniſſe. 6 ἵδρυνται] *ita affixi non manſerunt, neque Theſſaliae, neque inſulae Co, ut alio terrarum non evaſerint.* 8 poſt πάντα γὰρ videtur τὰ φάρμακα excidiſſe. *omnia enim morborum remedia ex ipſis et ab ipſis in genus hominum dimanarunt.* obſcurum diſcrimen inter ἐκ τούτων et παρὰ τούτων. ſi ſatis cerno, prius ſignificat inventionem, poſterius communicationem. ab ipſis, ex ipſorum meditatione, atque indagatione inventa, et ab ipſis cum aliis communicata. 12 *accedat quoque, velim, tertium ab his ambobus* [vel *poſt haec ambo*] *tempus.* eſt autem poſt praeteritum et praeſens tempus tertium, tempus futurum. Vult itaque dicere. opto quoque ut impoſterum pariter eadem commoda humano generi praeſtent. 14 ἱκανὴ τε τῇ γῇ ἡ φορά. *ſufficeret vel ſolus ille proventus, cum*

ad im-

ad implendum ſalute totum terrarum orbem, tum ad promerendas genti ſuae gratias a toto genere humano, ob datum ſibi hominem tam ſalutarem. 15, comma ante δι' αἵματος collocandum. *Servans artem per numeroſam avorum et nepotum ſucceſſionem.* 16 γενέσεως] *adeo divina quaedam ſors et moderatio atque providentia regebat nativitatem Machaonis et Podalirii.* id eſt, non ſine numine nati ſunt hi fratres. numen voluit, et juſſit, effecitque ut naſcerentur, quia decreverat per eos magnas res efficere. 18 σύνταγμα eſt latius, φῦλον ſtrictius. Iones e. c. vel Romani ſunt σύνταγμα, Alcmaeonidae et Fabii ſunt φῦλον. Heraclidae igitur, auctore noſtro, non ſolummodo unum *populum* non conficiebant, ſed paene dixerim, ne unam quidem *gentem.* 18 nil certius emendatione Canteri διάττουσι. quam Hemſterhuſius quoque commendat ad Luciani T. I. p. 338. ſed deinceps miror viro in poetis Graecis, tragicis praeſertim, habitanti potuiſſe vocem περίπολοι, quae *ſervos,* vel *famulos* ſignificat, illorum uſu contritam, non ſuccurrere. adjuvandus locus diſtinctione mutanda. ὥσπερ ἀστέρες, περίπολοι κοινοὶ,— *perſultant terram, velut aſtra, tanquam ſi eſſent communes toti generi humano famuli, apparitores aut praecurſores Aeſculapii.* περίπολος eſt ὁ περί τινα πολούμενος, ἤγουν στρεφόμενος. *famulus, familiaris. pen.* τε] l. καὶ. *ult.* πρόσοδοι hic non ſunt *ſupplicationes,* ſed *reditus* e peculiis templorum, lucorum, agrorum,

Aeſcu-

Aeſculapio ſacrorum, et Aeſclepiadis ex antiqua religione propriorum.

46. 1 ἐπ' ἀμφότερα] tam a parte patrum, quam a parte matrum. 4 f. οὐδὲ μακρὰν ἐσκηνώσατε. *neque tentoria* vel *ſedes procul diſſitas inter ſe habetis.* 7 f. ὡς εἰπεῖν πᾶσαι. *omnia fere reliqua ſacra a legibus imperata ſunt,* 8 ἐφ' ἡμέραν. *in diem, quotidie.* 9 f. ἀφ' ὧν ὑμῖν ἐύνισμεν. *ob ea, quae novimus a vobis profecta, et nobis tributa eſſe.* deinde poſt φέρουσαι tam abruptus eſt ſermo ut fere ſuſpicer aliquid deeſſe. 10 f. φῶς ὅποι καὶ νεῖσθε [pro νέεσθε] ἕπεται *lux comitatur, quocunque tandem eatis,* vel *feramini.* 11 dictio ἡλικιῶται ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ τῆς γενέσεως hoc vult dicere: juniores quidem vos eſtis Dioſcuris. (hi enim Herculi et Theſeo aequales ante bellum Trojanum florebant, Aſclepiadae autem eo bello tenente atque peracto.) attamen quum vos pariter, atque illi jam ſitis immortales, perennemque ſervetis et eundem ſemper vigorem aetatis (v. p. 45, 14.) ex eo fit ut ſitis aequales illis. 14 εὐθὺς] ſignificat ergo, ſtatim poſtquam evigilaſſet ex illo ſomno, quo viſus ſibi fuerat Aſclepiadas oratione celebrare, hanc orationem exaraſſe. 15 εἰς κάλλος. reſpicit ad illam dictionem ἐς κάλλος γράφειν, quae uſurpabatur de illis, qui munditiei et elegantiae in ſcriptis operam darent. *penult.* ὅσον δεῖ, [ſubaudi τούτοις] οἷς τῇ ψυχῇ — *tantum*

tum date bonae valetudinis, quantum opus eſt illis, quibus corpus parere vult mentis imperiis.

AD HYMNUM IN SARAPIN.

47. 8 ἐξελόντες] non *deligunt*, ſed *eximunt*, hoc eſt ejiciunt, abjiciunt, omittunt. 12 comma poſt ἔχοντας delendum. dictio eſt Attica λύχνους ἔχοντας φῶς ποιοῦντας pro φῶς ποιοῦντας vel φαίνοντας μετὰ λύχνων οὓς ἐν χερσὶν ἔχουσι. 12 καὶ ταῦτα δὴ] id eſt καὶ διὰ ταῦτα δή. *ideoque tam ſunt ſplendidi atque ſpectabiles, id quod initio ſtatim hujus ſermonis dicere inſtituebam, quam ſunt felices; quum, ut ipſius Homeri dictione utar, vivant commode.* *penult.* aut παρέλκοντες, *attrahentes obtorto collo*, aut παρενθέντες *interjicientes et velut interpolantes.* *ult.* poſt Ἡρακλῆς deeſt κατέβαλε aut ſimile quid. de *Iamo* Fabri dubium nullum supereſt. at παλαιὸς tueor.

48. 2 ὑμνῆσθαι in infinitivo praeteriti paſſivi. 5 poſt οὐδὲ deeſt ᾧ. Conſtructio eſt καὶ οὐδὲ ἡγούμεθα δεῖν χρῆσθαι πρὸς τοὺς θεοὺς τούτῳ, ᾧ ὑποθέσθαι ὀρθῶς τὸ προσῆκον, καὶ διαχειρίσαι αὐτὸ, ἐςὶ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἐξητασμένον. *neque putamus oportere nos, ubi cum diis agendum nobis ſit, ea re uti, qua ſanxerunt omnes homines officium cuique ſuum recte demonſtrare, atque quid factu cuique opus ſit, pertractare.* ſignificat ſermonem pedeſtrem. 6 ἐξητασμένον. hoc eſt

μετὰ

μετὰ ἐξέτασιν καὶ δοκιμασίαν νενομισμένον. *quod ſtatutum et ſancitum eſt*, poſtquam uſu deprehenſum eſſet utile id eſſe atque probandum. *ib.* καὶ] ſubaudi ᾧ, id eſt μεθ' ᾧ *non putamus oportere nos ad deos ea re uti, quacum, vel cujus ope res exactiſſime (quantum ejus nempe datum eſt hominibus) pertractare ſtatutum et uſu receptum eſt*. 19 ὁπόσοι μαντικοὶ] ergone prophetae quoque erunt non vaticinantes? non ſatis hoc intelligo.

49. 4 τὴν ἐν αὐτῇ τῶν θεῶν. 5 αἱ delendum. 6 recte dat codex Barocc. ποιοῖμεν, 9 blanditur quidem Angli conjectura προσκομίζοιμεν, vulgata tamen bene habet, et recte eam Canterus expreſſit, *in uſum trahere. jam ſancitis et in uſum miſſis adjungemus quoque, lege lata, hunc morem*. 11 ἐκ τῶν εἰκότων. *ut par eſt. ſi licet e conſentaneo ratiocinari*. 13 dictio *carmen honorem vocabuli poetis tribuit*, ſignificat, ſoli poetae laudem illam adepti ſunt tenentque propriam, ut dicantur carmine ſcribere. 14 recte habebat vulgaris lectio ἰάμβιον, neque mutari debebat, ſed ſic legi: ἔπος, ἢ ἰάμβιον. eſt autem ἰάμβιον diminutivum ab ἴαμβος. Conſtructio eſt ἔπος, ἢ ἰάμβιον μετρεῖ τὸν τόνον ἐκεῖ μόνον, οὐ πληροῖ δέ. *epos*, hoc eſt *verſus hexameter* (nam per excellentiam ille ἔπος audit) *aut iambulus ibi*, penes poetas, *metitur ſolummodo tonum*, *non autem implet eum*. eſt autem *tonus* ſententia uno ſpiritu, una ſpiritus intentione pronunciata. 15 καταμετρεῖ]

τρει] ſcilicet τὸ μέτρον. apta rei cuique praeſenti menſura, modo pro re nata brevior, modo longior, voce et cum voce ſyllabarum modulo nunc ſublabente, nunc aſſurgente, nunc incitato, nunc remiſſo. *ibid.* ὄνομα hic loci ſenſu et uſu grammatico debet accipi pro prima parte orationis, id eſt nomine ſubſtantivo. 18 ἐλθὸν in neutro. redit enim ad μέτρον. *penult.* ἂν δὴ] mallem ἀεὶ uno vocabulo. *ult.* adſciſci debuerat e codice Barocc. προτεθέντα et ſervari e vulgatis edd. οἷς νομίζομεν. quam ſi intellexiſſet lectionem illud Graecarum venerum odium, non mutaſſet. v. p. 53, 11.

50. 9 poſt ἅρμα μυσαῖον puto ἐλαύνειν excidiſſe, quamvis non neſciam e ſequentibus huc trahi et ſubaudiri poſſe εἰπεῖν. 10 θρασύνεσθαι credo pertinere ad uſitatam poetis jactantiam ſui, dexteritatisque ſuae in carminibus pangendis et laudes ſuae ſapientiae ſaepe intolerabiles. 11 μὲν] huic particulae reſpondet ὅμως δὲ vſ. 17.

51. 8 ἐπιφαίνει] ſubaudi ἑαυτόν. 9 poſt Ὅμηρος deeſt μὲν, et vſ. 13. εἰπεῖν poſt ἀμήχανον. 15 diſtinguo et lego καὶ δίδωσιν αὐτός. Οἷς ὁ — *dicamus opera dei. poſtulat enim id a nobis, et ipſe dat dicendi facultatem. Ea igitur ſunt opera Sarapidis, quibus humana vita peragitur et conſervatur.*

52. 2

AD ORATIONEM AD M. ANTONINUM AUG.

p. 57. 2 aut καὶν τοῖς leg. eſt, aut alias poſt λόγοις excidit ἰσχυρῶς. 4 recte addit codex Barocc. δὲ poſt προσδοκηθεὶς, ut idem paulo ante p. 56. vſ. alt. τὰ recte omittebat. 7 καταπραΰνοντας] emollientes verbis, excuſationibus temeritatem ſuam ad tantum rerum amplitudinem exponendam accedere audentem. 8 ſic diſtinguo et lego οἱ τοίνυν, οἱ μὲν ἐξ ὑπογυίου λέγοντες, (repete tacite a communi δοκοῦσιν ἐνδείκνυσθαι) ὡς ἐν πλ. *videntur mihi haec ſignificare: alii quidem, qui ſubito dicunt,* (ſcil. videntur hoc mihi ſignificare) *ſi plus otii ad cogitandum habuiſſent.* — illud οἱ μὲν requirit ſequens οἱ δὲ verſu 10. 11 λέγειν, ἣν ἐπαγγέλλωνται καὶ ταῦτα λέγειν, ὑπερβολὴν — *alii, qui nulli dubitant ſibi verbis facultatem de rebus maximis differendi arrogare; ſi hoc quoque profitentur dicendi genus; laudes ipſi ſibi tribuunt tantas, ut ad eas acceſſio fieri nulla queat.* Eiusmodi diſtributionem οἱ μὲν et οἱ δὲ poſtulant etiam verſus tertius et quartus, ubi aditum quaſi praemunit ad haec, quae deinde ſubiecit verſu octavo et ſequentibus. 17 ὑμῖν olim vulgatum ſervari debuerat. ſi vobis, auditores, ait, orationem promittere nequeo, Imperatoris aequantem laudes, eique ſatisfacturam, auſim tamen illam promittere, quae vobis ſatisfaciat, quam vos tollatis et admiremini.

penult. ἐξ ἑαυτῶν κτώμενοι. *nam qui sint ipſi ſibi ſuis* opibus armisve *imperium quaeſiverunt aut compararunt*, ut Iulius Caeſar et omnes tyrannidem occupantes. *ult.* videtur αὐτοὶ delendum eſſe; ſi verbis ineſſe debet ea ſententia, quam Canterus eis tribuit. quod ſi autem vulgata ſervatur, ita eſt exprimenda ſententia: *illi quidem ea ratione pervenerunt ad ſummam potentiam, quod, jure neglecto et repudiato, conſilia ſua omnia factaque ad vim referrent.* aut, *quod pro jure vi agerent.*

§8. 1 παραγγέλλειν ἀρχὴν eſt imperium, magiſtratum ambire, petere, eorumque, quorum is in poteſtate eſt, manus prenſare. 2 poſt φύτε videtur αὐτοκράτωρ excidiſſe, niſi velis e ſuperiori voc. βασιλείαν ſubaudire βασιλεύς. quod ferri, et ſimilibus exemplis defendi poteſt. 5 γνώμη] non imperantis, ſed populi parentis, animo, voluntate, ſtudio erga dominum. In συγχωρεῖν ſubauditur αὐτῷ τῷ κρατοῦντι. 7 f. πάρεσι περὶ αὐτοῦ, ὅσον — *de eo*, ſcil. M. Antonino. 10 χώρα opponitur ταῖς πόλεσι, ager ſuburbanus urbibus. 14 οὐδ' ἃ πολλὰ εἴωθε, καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις ς. *neque eorum quidquam perpetratum eſt, quae ſaepe fiunt, et ejusmodi temporibus evenire neceſſe eſt.* 18 ἀνέθηκαν et διεφύλαξαν. et id quoque Canterus in latinis expreſſit. *ult.* ἐπιβουλεύειν αὐτοῖς *inſidiari ſibimet*, imperatoribus puta. αὐτοῖς abeſſe nequit. αὐτοὺς vero ſubauditur.

§9. 12

59. 12 *αὐτῷ* et *προσγεγραμμένων.* 13 *μὲν*] huic particulae reſpondet *δὲ* p. 60, 2. 14 *καὶ ἐπὶ τέτῳ.* 15 f. *ὑπῆρξέ τι. affuit aliquid. τί οὖν ἐστι τοῦτο? at quodnam eſt tandem illud aliquid, quod dico?* ult. *αὐτοῦ*] l. *αὐτῆς.* redit enim ad *βασιλείαν.*

60. 10 comma pone *ὁδοῦ* promovendum. Conſtructio eſt *ἐπανελθεῖν μὴ δυνηθέντες, ἀποκλεισθέντες* (id eſt *διότι ἀπεκλείσθησαν*) *τῆς ὁδοῦ. deſperarunt, tum non poſſent domum redire, quippe intercluſa via.* 14 *ὅνπερ χρὴ τρόπον, εὐσεβείᾳ μὲν καὶ δικαιοσύνῃ, ἔτι δὲ σωφροσύνῃ καὶ ἐγκρατείᾳ καὶ φρονήσει καὶ τῇ ἄλλῃ κοσμούμενος ἀρετῇ. nam tum tributa primitus ad tolerandas reip. neceſſitates conſtituta modum excederent, et praeterea poſtmodum alia nova eſſent vectigalia injuncta, neque tamen vel ſic ſufficerent.*

61. 14 vulgaris lectio *ἐπ' αὐτοῦ* non eſt prorſus aſpernanda. ſignificat enim *coram eo, ipſo praeſide,* adhaereo tamen lectioni a Iebbo praelatae et in textum immiſſae. Dictio *οὐδὲ ἐμέμψατό τις τῶν ὑπ' αὐτοῦ κριθέντων,* ſi explicetur, ita ſit reddenda. *οὐδέ τις ἐμέμψατο ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν κριθέντων ὑπ' αὐτοῦ,* reſpondetque latinae *neminem poenituit ſui propter judicata ab eo.* h. e. erat nemini, quod de latis ab eo ſententiis quereretur. *antepen. δύνανται*] *ſontium ſupplicia non poſſunt,* h. e. non quaerunt, ſpectant, valent, efficiunt, contrahunt, *ipſi odium a punitis.* *penult. βασιλεῖ, τίνι μᾶλλον ἢ τούτῳ, προσ-*

ἥκων ὁ ἔπαινος? *quis eſt praeter eum alius, quem haec laus magis deceat.*

62. 2 παρεωραμένας. absque ſigmate. 6 ὑπηκόντων. non ad h. v. pertinet proximum ὑπηκόων, quod interpretor, non *auſcultatorum*, ſed *parentium, obſequentium*, ſed pertinet ad τὸ in proximo εἴ τις. *ſi quis vel numquis civium Romanorum aut ſociorum.* 7 ἀνῃρημένης μὲν τῆς σωφρ. 11 Canterus in latinis expreſſit μικροῦ. ſed μικρὸν bene habet, atque haec eſt ſententia, adeo ut parum dicat, qui eum patri comparet; parum item dicat, et multum infra meritas ejus laudes, qui paſtorem populorum appellet, aliove quocunque ornet praeconio, quo poetae ſolent principes ornare, quos tanquam cicurare ſibique conciliare volunt. Sed, ut verum fatear, poſtrema haec clauſula parum placet, videturque ἡμεροῦντες alienum. puto potius ὑμνοῦντες *canentes, celebrantes, praedicantes* leg. eſſe. 13 recte codex Barocc. dat οὐ. (v. p. 66. *ult.*) *nonne familiariſſima ejus eſt ad cives humanitas?* 16 εὔκριτον eſt tam, quod facile excernitur; commodeque et absque haeſitatione, tanquam rivus, promanat ex ore dicentis, quam quod facile diſcerni, capi et intelligi poteſt. Commendat Antoninum ut oratorem diſertum eundem atque perſpicuum: qualem Latini *civilem* et *popularem* appellant. 18 οὐ γὰρ τοῦ σπανίου et περιέχειν: *penult.* ἀκολουθεῖσθαι βασιλεῦσιν εἶναι.

63. 3 mallem ἐκφαίνειν. 4 χεῦμα. Noſter haud raro uſurpavit pro πρόχειρον, *digni-*

[illegible] majeſtate; v. p. 168, 6. 82, 14. 371, 8. 402, 4. 450, 7. et alibi. 13 recte addit codex Barocc. [illegible] 17. dat εἴ τις [illegible] aut τὰ delendum aut eum τῷ mutandum. ſed prius praeſtare [illegible] ult. poſt [illegible] excidit [illegible]

64. 2 οἷον hic eſt exempli cauſa. 3 recte poſt φαίνεται addit cod. Barocc. δὴ. *penult.* nam me fugit ſaepe μᾶλλον omitti; hic tamen aegre illo careo. praeterea deberet quoque αὐτῶν addi. quare ſuaſerim ἢ κρατεῖν prorſus expungi.

65. 9 αὐτὸ] *vel ſolum.* ut etiam Latini *ipſum* uſurpant. ſi nullum eſſet aliud, hoc ipſum vel ſolum poſſet argumentū eſſe et ſapientiae et divinae cujusdam vis et facultatis in dicendo: id enim eſt δεινότης. quae vehementia, vis penetrans, perſuadens et percellens eſt tam in argumentorum inventione, quam in verborum copia. verſ. 11. 10 verba ἵνα ἔχωσι αὐτοὺς [illegible] delenda ſunt, ut liturarum auctoris reliquiae: nam idem dicunt quod [illegible]. deinde aſſumi debet e codice Barocciano ſupplementum, et ſic reformari locus hic: τὸ μὲν γὰρ [illegible] καὶ [illegible] παθείᾳ καὶ τρυφῇ, ἀλλὰ [illegible] τῶν ὅπλων [illegible] καὶ [illegible] τὸ δὲ ἁπλῆς [illegible] *metui enim, non prudentiae [illegible] ſingulari, debebitur, cum ſi quis nimium injiciat militibus, ut forti praeſenti [illegible], non vi admota*

coerciti, negata voluptatum luxuriaeque facultate continuo armorum exercitio diſtringantur. Illi autem pecuniae avidos, ut ſatiari nequeant —

66. 3 recte codd. Bar. [illegible]. 13 τοῦτο ſerves, an ταῦτα legas, perinde eſt. 15 καὶ δὴ idem eſt atque νῦν δὴ *nunc tandem.* [illegible]τισαι leg. eſſe, quivis facile videt.

67. *penult.* τοῦτο γὰρ] *nam praeter hoc, quod dixi, nihil poteſt aliud dici, quod eadem brevitate verborum res aeque multas et magnas concludat.*

AD ORATIONEM IN APELLAM.

68. 1 recte cod. Bar. περί γε τ. 2 f. πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, εἰκότως: *omnibus, ſi fas eſt dicere.* 9 recte deeſt καὶ cod. Bar. 10 ὅπου γε καὶ προσώπῳ] ſubaudi [illegible], quod haud ſcio an exciderit. 11 aut οὐδὲ tollendum ante αὐτὰς, quod etiam Barocciano libro deeſt, aut ſequens ἐκ. 12 τῇ γνώμῃ] ſtudio, officio, voluntate, benevolentia erga Apellam. 13 τὸ [illegible]] erga ſuum civem puta, Apellam. *ibid.* liber Barocc. infert μόνην. quo admiſſo leg. erit μόνην, ἢ καὶ μάλιστα. 14 ἀναμφισβητήτως. *ult.* γνησίως] ingenue, ingenuis liberalibus doctrinis.

69. 2 recte cod. Bar. [illegible]. praeterea παιδείας quoque malim. *ad inſtitutionem puerilem in moribus et literis.* Paulo poſt praeſtat κρεῖτ-τον quod cod. Barocc. exhibet, ob praecedens

σὺν

σὺν ἐπαίνῳ. comma poſt κατέχει eſt collocandum. nam ὅτι pertinet ad ſequentia, et ſubaudiendum eſſe monſtrat πρὸς τοῖς ἄλλοις. *judicata praeſtare* (ut caeteris laudibus, ita) *etiam adhuc erga literas ſtudio, quod huic civitati proprium ſit.* 7 ἐγγύς] ſcil. ἐςίν. 11 δια-συμπλήρην τὸν αἰῶνα] h. e. exſpectans a te nominis tantam claritatem, quae ſit omnis poſteritatis memoriam impletura. 12 φθεγξαμένῳ] ſubaudi τινι, *aliquo*; aut ἐμοῦ μόνου, *me ſolummodo nomen illud edente* vel *pronunciante*. 13 χαριτίον. pertinet enim ad τὸ γένος. *licet videre genus hoc deſcendens*, h. e. quomodo deſcendat. 15 offendo ad ἀρχόμενον. Canterus accepit pro *incipiente ſemper de novo*. forte vere. mihi tamen placet legi εἰς περιερχόμενον *quaſi identidem in orbem recurrens*. viſum aliquando fuit ἀέναις ἀρδόμενον *tanquam arbor perpetuis ſcaturiginibus irrigata*, ut in coepta pergat translatione. *antepen.* ἀναςρέφει] poteſt haec dictio ſic accipi, ut vertit Canterus. verum aliam quoque patitur ſententiam, hanc puta. *laus Quadrati nepoti propria redit etiam et promanat ad reliquos. penult.* mallem ἐμφιλοτιμεῖσθαι.

70. 1 aut recipienda lectio libri Barocc. aut leg. ταῦτα δὲ. 3 rurſus recipi debet quod praeſtat optimus codex Barocc. ἐν ᾧ ἂν μέρει καὶ φήσαις. *in omni urbis* aut *reip. parte, quamcunque nominaveris.* 5 ſignificat Apellae majores Romae habitaſſe, et civilia ibi geſſiſſe munera. ſed offendo ad ἐκγόνοις. Itane vero ei

ἔκγονοι nominabuntur ante τοὺς παῖδας καὶ τῶν παίδων παῖδας? suntne illi alii quam hi? ego equidem illud nomen etiam hos complecti putem. quare leg. videtur ὅσα μὲν ἐκεῖνοί τε καὶ παῖδες ἐκείνων. Quadrare puta. videtur quidem p. 73, 17 vulgatae ſuffragari. ſed illius loci puto aliam eſſe rationem. 7 f. μεγάλων δ' ὄντων, οὐ μόνον τοσαύτην ἐχόντων. quod idem eſt atque μεγάλων δ' ὄντων οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοσαύτην ἐχ. v. p. 94, 5. et T. II. p. 184, 9. difficillimus hic eſt locus ad interpretandum. quod abſque circumſcriptione vix fiat. conabor ut potero ſententiam declarare. minuto quidem, ait, in argumento ſi quis verſetur, oratione ornando, recte ille fecerit, ſi, quicquid occurrit, aliud ex alio, arripiat id et ſermone extollat: magnis autem ſi rebus circumfluat, neque iis magnis modo, ſed tantis quoque et tam excellentibus, ut magnum et difficile ſit vel unam earum partem digne exſequi, illi certe oratori, quem in dicendo ſplendida quaedam fortuna non comitetur, quare quis facultatis ſuae famam in diſcrimen det, audens, omiſſis proximis et praeſentibus, quae ne ipſa quidem parva ſint, forſitan quoque illis antiquis et remotioribus vel majora, quapropter etiam ab oratore tam caute timideque attingi debeant, ut proſperos ſibi dicturo ſucceſſus ille a diis votis atque precibus expetere neceſſe habeat: audens igitur, illis omiſſis, omnem rei ambitum oratione amplecti; cui ſatis eſſe

poſſit

poſſit aleam jacere illam, ut de re praeſenti, particula de tota decerpta, fortuna cujus dubia differat. 14 Uſus hic eſt auctor figura ἓν διὰ δυοῖν. Dictio enim haec: nomen dat ἀρχὴν τοῦ γένους καὶ τοῦ λόγου, ſignificat, inde peti ἀρχὴν τῷ λόγῳ περὶ τοῦ γένους, *ſermoni de ipſius genere*, vel *ortu*. Dictio οἴκοθεν οἴκαδε eſt proverbialis, et uſurpatur de rebus proxime aſſitis, ut neque longe arceſſi, neque alte repeti neceſſe ſit. 15 videtur hic aliquid deeſſe. ſignificat autem, id quod ex hujus paginae fine colligitur, avum Apellae cognominem. fort. leg. σοῖς ἀνθρώποις (aut ἀνθρωπίνοις) [illegible] τῶν ἀνθρωπίνων [illegible] Fronto cum eſſet honeſtus et bonus vir, omniumque ſtudioſus virtutum, quas participare homines natura voluit; uſus eſt ea ſecunda fortuna, ut vivus adhuc audiret a fama publica illas omnes verborum laudes in ſe conferri. Deinde ſuo ſcepto hoc filio — Etiam verſu 16. deeſſe aliquid ante Frontonis nomen, f. μεταλλάξαντος [illegible] *exceſſit.*

71. 7 f. μάλ' ὀρεγόμενος, aut, quod praeferam καὶ μάλα γλιχόμενος. *quantumvis cupiam orationis reliqua exſequi.* 12 f. ἐποίει [illegible] πρὸς τὸ κατὰ πάντα τρόπον, *faciebat* (h. e. *valebat*) *tibi noxque dieſque idem ad ſervandum virum* h. e. ad ſalutem ejus nihil tibi reliquum faciebas, ſed noctuque diuque pariter de ea cogitabas. 16 καίτοι [illegible] *ecqui tandem ipſius Soſpitatoris* [illegible] *non ſit* [illegible]

Apellas? h. e. truncus ab ipſo Soſpitatore Aeſculapio plantatus.

72. 6 ἐπανιςᾶσιν. 12 ταύτην] f. ὀργήν. 14 ἐπίδηλος ὢν] l. uno verbo ἐπιδηλῶν. 16 ἐντρέψειαν] *pudorem et reverentiam incutiat.* *penult.* πραχθῆναι] in codicis Bar. margine eſt καὶ προαχθῆναι. num καὶ προθυμίας. *non caret feſtivitate et alacritate.*

73. 7 f. νοσεῖν, ἀσκεῖται δὲ ταῦτα, ἐν οἷς — *qui neque commiſſionibus equorum, neque canum certaminibus tenetur (tantum abeſt ab inſania, qua vulgus in ſtudia vana et prava fertur) ſed illis in rebus exercetur, in quibus* — τὰ χείρονα poteſt eſſe ſimpliciter *prava, turpia, inhoneſta, taetra*, ſed etiam *adhuc pejora*, ſcil. quam iſta levia ludicra. 8 praefero μέλλει e libro Barocc. *ibid.* λέγω δ' ἀγῶνες παίδων. puerilia certamina, puta palaeſtrica. illud τῇ παιδιᾷ poteſt aut ad προϊὼν referri, aut, quod malim, ad γυμνάζεται. ominatur illis ſuis ludicris, procedens paulatim ad aetatem adultiorem et confirmatiorem. nam in προϊὼν ſubaudiri poteſt τῇ ἡλικίᾳ. 16 nihil erat vitii in vetuſta lectione Script. ſubaudiri enim poterat τούτῳ. *ad illum deorum, cui.* *penult.* f. καὶ ὑπὲρ γῆν. *ult.* f. αὐτὸς ἐπιστὰς, αὐτὸς τοσούτοις ἀγλάσας, ὅσοις αὐτός τε ἐβούλετο. *ipſe adſtans* (vel *ſuperveniens*) *tibi, ipſe te ornans tanta virtutum copia, quanta ipſe volebat, et quantam poſtulabat ille gradus, quem tui majores tenuerunt.*

74. 3 ἕνα ἔτος] ſcil. ἄγοντα, *uno eodemque anno tenente*, vel etiam poſſunt hi duo genitivi ad ταὐτὸ referri, ſcil. πέρας vel τέρμα, *finem*, vel χωρίον *ſpatium*, *duobus initiis in unum ejusdem anni momentum concurrentibus*. ſignificat autem alterum initium anni a natalibus Apellae quarti et decimi, alterum ſacerdotii vel pontificatus Aeſculapii, quem pontificatum Apellas paulo poſt illum a ſe celebratum natalem ſuum diem erat ſuſcepturus. ibid. μέγιστον ἀγαθὸν] f. leg. μεστὸν ἀγαθῶν. *principium reducens annum bonis refertum a capite ad calcem*. 5 τὸ θρεπτήριόν σοι καὶ προγονικὸν — *reddens tibi mercedem nutritionis, quam nutritionem Aeſculapius cum templo ſuiſque domeſticis a patre avisque tuis accepit*. 6 f. τὴν ὑπὲρ παῖδας νενομισμένην vel τὴν ἐπὶ παισὶν οὐ νενομισμένην. videtur Aeſculapius in te praecipere ſtatutum tempus, et quamvis adhuc in pueris verſanti tibi honorem tribuere, aliis pueris inſuetum: idque videtur facere in ſacris ludis de ſe dictis ſuoque honore conſecratis, eoque tibi debitum exſolvere honorem a patre tuo, ut ſaepe mihi jam dictum eſt, καὶ ἀπὸ τῶν — vel καὶ τῶν πρόσθεν — καθήκοντα et ab avis tuis paternis in te derivatum. 8 in πεπληρωμένου ſubauditur ἐστ. quod quia modo erat uſurpatum, ideo hic eſt omiſſum, alias eo aegre careret oratio. 9 recte dat liber Barocc. ἧπερ ἂν et ἀποδίδοσθαι. *jam deinceps oportebit te in virilem aetatem ingreſſum, introduci quemadmodum imperatorum lex jubet, eos in honores,*

nores, quos sui similibus aetatem maturam adeptis, imperatorum tribuit judicium: ἀποδίδοται τις τιμή: cum in honorem sibi debitum immittitur ejusque functionem adit. 10 editio Stephani recte dat ἄς. 11 Ἀπόλλων, ἔσω χρησμῶν — sic distinguendas literas puto. Dictio ἡμῶν Ἀπόλλων ἐστιν οὐ πόῤῥω μαντικῆς idem valet, ni fallor, atque ὁ ἡμέτερος Ἀπόλλων (idest ἡ ἡμετέρα ἀγχίνοια) οὐκ ἐστι πόῤῥω ἀπὸ τῆς μαντικῆς: noster Apollo, idest mens nostra et sagacitas et de futuris conjectandi vis parum a vaticinatione abest, idque tum ob praeclaram illam spem futuri temporis quam prospicimus, quam ob rerum jam praesentium et oculis propositarum excellentiam. 16 καὶ δηλῶν. penult. f. παρέχοντα τὸ πρέπον τῇ ὥρᾳ. fortasse quoque versu ultimo ἀφεῖναι, ut ad ἡλικίαν redeas.

111 7. 1. 2 ἀρμόττων γε ἀγωνοθέτης [fabaudi ἔσεσθαι] δηλοῖ τοῦ προειρημένου tum vel ea ratione quidem erit agonotheta decens eum, qui ipsum elegerit. h. e. habebimus tum in Apollo agonothetam vel editorem ludorum eo dignum deo, Aesculapio puta, qui ludis illis edendis ipsum nuncupaverit et praefecerit. pontifices enim ludos edebant. 3 δῶν] l. ἔχων. 5 ὀψιμαθεῖν] f. ἀμφισβητεῖν aut διοχλεῖν. sed hoc fortasse ut verbum poeticum displicebit.

AD ORATIONEM IN ETEONEUM.

75. 4 aut adſciſcenda lectio libri Barocc.

aut leg. [illegible] aut [illegible]το. 6 [illegible] Cyzicum puta. v. p. 76, 3. *penult.* [illegible] χορὸς ἄξιον. ſic dudum emendaram, antequam e Lyſia Taylori diſcerem p. 686. doctiſſimum hunc Anglum locum hunc eodem modo emendaſſe. ſic quoque Plinius major H. N. 2, 12. Pindarum et Steſichorum conjungit. alii multi idem faciunt in teſtimoniis de Steſichoro, quae collegit Fulvius Urſinus in fragm. poet. lyric. p. 83. ſequ. v. quoque infra p. 85, 17. quae autem hic memoratur Dyſeris Theſſala, ea mihi prorſus ignota eſt. videtur mater ejus Antiochi eſſe, cujus Theocritus in Gratiis meminit.

76. 2 non improbo quidem τοσοῦτον, mallem tamen ut planius et mollius τοσούτῳ. 9. μετ' ἀφελείας *majeſtatem ſimul et ſimplicitatem cum decore conjunctam vultu prodens.* ad hanc ἀφέλειαν, ſimplicitatem morum, reſpicit ſubjectum verſu 11. ἀποίητον *haud fictum, ſimulationis expers.* 13 poſt ναρκῶδες deeſſe videtur τὸ ἐγκρατὲς vel ſimile quid quod reſpondeat praemiſſo ἀγχίνουν. nam ut ibi conſtructio erat ad hunc modum τῆς μὲν συνέσεως ἦν ἀγασθῆναι τὸ μὴ εἶναι θρασὺ — τὸ ἀγχίνουν αὐτῆς, ita reſpondere nunc quoque debet etiam haec clauſula ad hunc modum. τῆς δὲ σωφροσύνης ἦν ἀγασθῆναι τὸ μὴ νωθρὸν — καθεστηκέναι τὸ ἐγκρατὲς vel φρόνιμον αὐτῆς. *penult.* recte dat liber Barocc. ἠπίστατο.

77. 2 f. εὐπρεπές. 11 ὃ καὶ γραφῇ. 16 ἰδεῖν φλέγεσθαι] *facere non poterat quin arderet*

ni os rubore ſuffuſum. *penult.* sic ſecundum de-
lendum.

78. 6 poſt ἀφανεῖς videtur aliquid ad laudem manuum pertinens deeſſe, e. c. αἱ πρότερον ἐν ἐπιδείξεσι λαμπραί. 8 ſic lego et diſtinguo ὡς πρὶν ὑμέναιον ᾀσθῆναί σοι καιρὸν εἶναι, ὁ τῦ θρήνυς ᾄδειν κατέλαβεν. conſtructio eſt ὡς [ſubaudi ταχέως] κατέλαβεν [h. e. ἐπέστη καὶ ἔφθασεν] ὁ καιρὸς τῦ ᾄδειν θρήνυς, πρὶν εἶναι καιρὸν τῦ ᾀσθῆναί σοι ὑμέναιον. *quam ſubito advenit tempus lamentorum tibi canendorum, antequam tempus eſſet hymenaei tibi canendi.* Dictio οἵαν ἀωρίαν ἐν ὥρᾳ ἐκίνησας hoc vult dicere. o quam immaturam et acerbam mortem obiiſti in ipſo maturitatis articulo. ἡ ἀωρία eſt fati praematuritas, acerbitas funeris juvenilis. v. verſu 11. 12 ſententia eſt tragici, Sophoclis, ni memoria fallit, in Oedipo Coloneo

ὢ τῆς ἐπιθήκης! οἷον αὖ τὸ δεύτερον
ἡμῖν ἔσεισεν.

ſcil ἡ γῆ, aut Ζεὺς, aut ὁ Ποσειδῶν, τὴν γῆν, in loco illo tragici puta, ſed apud noſtrum ſubauditur ὁ δαίμων τὰ ἡμέτερα πράγματα. 15 non ſatis intelligo quae ſit numinum et ſuperis et inferis praeſidentium communis calamitas. Aut corruptum ſit voc. χθονίων neceſſe eſt, aut hic loci non illo conſueto modo, ſed paulo inuſitatiore accipiatur pro diis, ut ita dicam, regionalibus, qui ſunt alicui regioni, civitati, tractuive praepoſiti, ut h. l. agro Cyziceno.

79. 2. recte dat cod. Bar. κρύψαι. 12. ᾗ ὅσον εἰπεῖν.] poteſt ſignificare: *quam temporis implet illud ſpatium, quod conſumitur in harum rerum commemoratione:* aut etiam: *quam nobis poteſt exprimi.* 17 reſpexiſſe videtur ad notum illum Herodoti locum 1, 32. p. 13, 30. ed. Gronov. *antepen.* καὶ μαθήμασι. differunt a' λόγοις τὰ μαθήματα. illi praecipue dicendi ſtudium ſignificant, haec literas et artes pueriles, quae in ludis trivialibus traduntur; ut literas pingendi, et calculos ſubducendi. *ibid.* ἐπαίνοις] illis puta laudibus, quae ab aliis in eum conferebantur. *ult.* ἀπόντων] num ἀπολαύοντας. Si nulli parcentes laudi in hoc defuncto ornando exſatiamur ejus depraedicatione, cum tutum jam ſit mortuum laudare, qui ſpem noſtram fallere et mores mutare jam nequeat: exiſtimemus audire nos vocem deorum idem nobis imperantium.

80. 4 aut loco μὲν leg. eſt τε, aut pro καὶ τελευτήσας leg. eſt τελευτήσας δὲ. 5 πρωτεῖα.

AD ORATIONEM

IN ALEXANDRUM COTYAEUM.

81. 6 θαῤῥῶν ὑμῖν] *ſpe fretus fore ut meam erga vos fiduciam benigne interpretaremini.* 10 καθ' ἕκαστον.] fieri nequit ut omnia una oratione ſic complectar, ut ſeorſim ſingulas quasque laudes

laudes dicendo exſequar. ἀπὸ μέρους]: quod ſi autem modo contrario unam aliquam laudem e caeteris Alexandri laudibus excerperem, eamque verbis exaggerare inſtituerem — αἰσχρὸν eſt *prorſus, plane. huic loco omnino non convenit.* VI ἕνι καὶ πρῶτον] unum aliquem locum, eumque illum, qui in omnium laudationum principio poni ſolet, a patria ſcil. ductum, permutavit ejusque rationem invertit. alii enim ſolent a patria laudari. hic autem patriae de ſe famam et claritatem peperit. 14 τὸ ὑμέτερον] ſubaudi ἐστί. 15 φιλοτιμίαν ἀπ' αὐτῆς gloriam, gloriationem de ſe reperit, conſtituit. 17 ὅσον quid ſibi velit non video. videtur eo ejecto leg. eſſe ὑπερβαλλόμενος δὲ παῖδας ἅπαντας. aut deeſt aliquid, ut ſit e. e. oratio hujusmodi: ὑπερβαλλόμενος δὲ ὅσον εἰς εὐμάθειαν παῖδας ἅπαντας *praeſtans pueris omnibus docilitate.*

82. 16 εὖ ἔχειν. ult. διακονίαν] *interpretandis ſolummodo vetuſtis graecis poetis et oratoribus totum ſe dederit.*

83. 2 poſt αὐτοῖς videtur ἐπεδίδου vel ſimile quid deeſſe. nam ἐξεπόριζε συστάσεις dici nequit. *ipſe ſuis amicis literas commendaticias ad amicos alios, quibus hos rogabat ut illorum rationem et curam haberent.* porro quoque ἐξεπόριζε τάξεις *ſuis familiaribus procurabat*, vel *comparabat penſiones, ſtipendia*, unde neceſſaria haberent. 8 μαρτύρων] *plurimos eosque integerrimae auctoritatis laudatores habebat.* 9 φιλοτιμία in nominat. 10 ἄλλως ἐνδόξως. ibid. τῶν εἰς

τὸ

τὸ ὑπερέχειν] ſubaudi φερόντων. 11 δημοσιεύειν hic uſurpatum pro ἐνδημεῖν vel ἐπιδημεῖν, *domi ſeu in urbe patria verſari*, miror. ſed ſuſpicor μὴ eſſe delendum, ut ſit καὶ ὁπότε δημοσιεύοι *ſiquando publice legationem aliquam obiret*, aut *procurationem*. ſi bene tamen habet vulgata lectio, ſic debet accipi, ut τὴν τέχνην ſubaudiatur. δημοσιεύειν τὴν τέχνην ſignificat *artem ſuam vulgare*, h. e. exercere, ejusque copiam volenti cuique facere. v. T. II. p. 109. 1. erat autem Alexandri ars docere pueros literas. Erit itaque hoc modo ſententia: ſi quando Alexander ludum literarium civitatis publicum non exerceret, aliis negotiis impeditus a muneris ſui ordinarii functione abeſſet. ſed vereor ne haec interpretatio ſit paulo contortior et longius arceſſita. 14 f. βασιλεύων. niſi malis etiam paulo ante βασιλέως legere; ſed rectius eſt prius. nam ſequitur ἕτερος παρ' ἑτέρου ſcil. βασιλεὺς παρὰ βασιλέως, ut ego equidem interpretor. 15 f. βασιλείων. palatii auguſtalis. τὰ βασίλεια ſunt aedes regiae, curia principalis. *antepen.* quae ſint αἱ ἀρχαῖαι διατριβαὶ *primigeniae exercitationes* paulo eſt obſcurius. videtur pudorem et honeſtatem ſignificare, qua Alexander ineuntem aetatem in ſubſelliis ſcholaſticis tranſactam illuminaverat. v. p. 81, 17.

84. 3 ἔπειτα δὲ καὶ αὐτός. 4 ἀντὶ τῶν συνήθων] ſcil. χαρίτων. qualia officia et munuſcula erant numi, veſtes, equi, ſervi, ſuffragationes in ambitione etc. *ibid.* ταῖς ἄλλοις] f. ταῖς

 ἀνθρώ-

ἀνθρώποις. id eſt ſervis paedagogis, qui ipſi ſuos mores exprobraſſent, cum comitarentur eos pueros in ſcholam, qui Alexandri diſciplinae eſſent commiſſi. 5 πατρίδα. Cotyaeum puta. 12 *non ſolummodo linguam exercebat*, neque in diſſerendo, in docendo, in tradendis literis aetatem conſumebat. 13 πάντως redundat, et amputandum cenſeo. *quod autem ejus vel ipſis eſt praeferendum ſtructuris ejus ſuaſu perfectis, id eſt temperantia, et juſtitia, omnium, quae ille ſibi vel dicenda vel agenda exiſtimaret, moderatrix.* 15 recte liber Barocc. τούτῳ. *praeterea quoque non infructuoſe commodus et humanus erat.* Sunt alii, ait, commodis moribus, eoque nomine clari; ſed quorum facilitas ét paene ſegnities civitatibus commodum nullum afferat. hi ſunt προῖκα χρηστοί, fruſtra, in vanum mites. nihil enim de ſuo ad aerarium conferunt, quo reſp. aut ornetur aut ſuſtentetur. At non ita Alexander. 18 οἴκοθεν] *de ſuis privatis opibus.*

85. 10 aut ὡς ἐπὶ νέᾳ τῇ συμφορᾷ *ut in recenti calamitate*, aut ὡς ἐπὶ τοσαύτῃ συμφ. *ut in tanta calamitate.* 15 τε] l. γε. 17 δὴ] l. δὲ.

86. 1 ὁμοτέχνοις αὐτῷ *unum in locum convocatis eandem cum Alexandro artem exercentibus*. h. e. grammaticis et ſophiſtis. 4 punctum commate mutandum et delendum καί. Sententia eſt. Sunt quidem, qui ſolum ſibi, quem venerentur, Platonem proponant. quos ego equidem ridere ſoleo. ſed Alexander ſecus.

quam

quamquam enim Platonem multo pluris, quam ullum alium, fecit, ſi bene Alexandrum novi, eoque multo magis, quam ullo alio, delectatus eſt, ſolebat tamen vndecunque flores, quos Horae ferrent, (h. e. diverſi auctorum ordines) colligere, quo factum eſt ut utriusque ſermonis tam ligati quam ſoluti auctores ſibi aequales vinceret omnes. 7 δὲ recte abeſt ab ed. Stephani. 8 ἐπ' αὐτῷ. nunc quum de Alexandro cogito et ſcribo. 10 de Alexandri commentariis Homericis v. Fabric. Bibl. Graec. T. I. p. 330. ſed ταύτῃ et πολλαχῇ mihi ſuſpecta ſunt, et obſcura haec ſententia. forte transpoſitis vocabulis πολλαχῇ et δοκεῖ leg. eſt ſic. ἀποχρῶν καὶ παντὶ κόσμος εἶναι δοκεῖ, πολλαχῇ δέ μοι. *quamquam Homericum illud ſcriptum ſufficiens vel unicuique ornatus poſſit eſſe, ſaepe tamen mihi ipſe Aeſopi lepos* — In illo πολλαχῇ δέ μοι ſubauditur a communi δοκεῖ. 12 recte cod. Barocc. μέν τι. 17 diſplicat φυὴν. ſaltim φυῆς dixiſſet. nam μετέχειν cum genitivo conſtruitur. f. leg. φύσει. cui opponitur proximum παιδείᾳ. *natura fuit omnis boni particeps, ſed literatura eum in illis omnibus bonis perfectum reddidit atque abſolutum.* Erit itaque παιδείᾳ ablativus, non nominativus, et tum ſubaudiendum commune μετέσχηκε παντός καλοῦ.

87. 9 ὄντα μὲν] ſubaudi καὶ τότε ἤδη, ὅτε εὐδόκει τῷ Πλάτωνι. *qui qualem ſe tempore poſt clare ſpectandum Corinthi praebuit, talis jam tum*

erat, cum adhuc tyrannide gaudens Platonem audiret. 11 f. προσειπεῖν αὐτὴν. τῷ δὲ — *non licere eam felicem appellare. Huic autem* — Alexandro puta. Hic mos eſt Ariſtidis ὁ δὲ dicendi pro ὅδε δὲ vel ὗτος δὲ. qua in re Homerum ſequitur. *antepen.* ἡ τέχνη] ars rhetorica, id honoris adepta, ut eo nomine proprie inſigniretur. quo ſenſu etiam alias in hac oratione uſurpatum eſt hoc vocabulum. deinde videtur leg. συνέσταλται δὲ ἀναγκαίως εἰς σμικρὰ παρὰ τοῖς πολλοῖς. *compreſſa, contracta in brevem gyrum jacet apud plurimos* vel *apud vulgum* haec ars rhetorica.

88. 4 κατ' ἐπωνυμίαν] hoc non intelligo. 5 libri Barocciani lectio, cui editio Florentina fere accedit, huno dat ſenſum. *ut qui aliud quid cum cura elaboratum et perfectum exhibent.* vulgata tamen paulum emendata placet. ſcil. ἐξειργασμένος leg. *quaſi aliquod opus perfeciſſet et abſolviſſet.* 7 bene habet vulgata. Conjectura Fabri, ſpecioſa quidem, ſed vana eſt. τὸ περὶ Ἀλέξανδρον ἐργαστήριον ſunt omnes veteres poetae et philoſophi. Cum enim in iis tractandis omnem degeret Alexander aetatem, erant illi ejus quaſi officina. 14 περιηγητὰς novi, ſed προηγητὰς ignoro. Erant perihegetae homines publica auctoritate conſtituti, ut peregre advenientes ad urbis cujusque loca ſacra et celebria adducerent, operta quaeque recluderent et aut religione aut operis praeſtantia ſpectabilia, aut antiquitate famae nobilitata

oſten-

oſtenderent. Quod huic loco bene convenit. Alexander enim erat quidam quaſi perihegeta, qui familiares ſuos per ſcripta veterum tanquam per templa operum majeſtate referta et admirabilitate conſpicua traduceret. Quare περιηγητοῦ malim; ſed ita hoc ſuadens, ut qui huic conjecturae non nimis ipſe confidam, quia de uſu voc. προηγητὴς, quod dixi, mihi non ſatis conſtat. Sententia eſt: ſolium, quod in regno Plutonis obtineret is, qui identidem inter manes optimus eſſet praeco et introductor in penetralia graecae literaturae, multa per ſaecula fore Alexandro proprium et ei ſoli vacuum. 15 καὶ primum del. *ibid.* ἀπεφθεγξάμην] *exclamavi.* reſpicit ad verſ. ultimum p. 87. ubi ſermonem a ſenatu populoque Cotyaënſium ad mortuum magiſtrum converterat; id quod alienum epiſtola eſt, magisque oratorem decet. *penult.* aut in πράττοντα vitium eſt, aut excidit καλῶς. οὕτως ἐν πᾶσι καλῶς [vel εὖ] πράττοντα.

89. 4 τῷ λόγῳ] ſubaudiri poteſt ἐμαυτόν. mallem tamen τὸν λόγον legi. 6 τῇ πάσῃ γνώμῃ] *convenienter veſtrae voluntati univerſae,* h. e. quam nunquam non adverſus Alexandrum habuiſtis et demonſtraſtis. 16 recte addit liber Barocc. δὲ ante τὸ βιβλίον.

90. 5 ἀνέγραψεν] f. ἀνέθηκεν. *in bibliotheca veſtra depoſuit* aut *dedicavit.* *exſcribere* graeci ἐκγράφειν dicunt, non ἀναγράφειν. vulgata ſi

ſervatur, non video quid poſſit aliud, quam *recenſuit*, ſignificare, h. e. perlegit et emendavit.

AD ORATIONEM PANATHENAICAM.

Videtur Ariſtidis hanc orationem non uno die, ſed duobus, et primo quidem usque ad p. 147. recitaſſe.

91. penult. male mutata fuit vetus lectio πρός γε. patet ex ἔτι, πρὸς requiri. Conſtructio eſt καὶ προσέτι αὐτῶν τῶν τροφέων τροφέας. Secutus tamen etiam Canterus, eſt vulgatam πρὸ, quae eſt in Florentina editione, unde ille Ariſtidem latine vertit.

92. 4 τοῖς γιγνομένοις] hoc eſt τοῖς δέουσι καὶ καθήκουσι, h. e. illis, quae debentur civitati et in ſortem ejus veniunt. v. p. 96, 1. Noſter hoc voc. eo ſenſu creberrime uſurpat.

93. 1 τά τισι παρειμένα. *a quibusdam omiſſa univerſe omiſſa non ſunt, ſed toti collegio ſcriptorum pertractata.* 3 debebat locus e libris mſtis ita refingi οὐ μὴν ἀλλ' αὐτό γε τοῦτ' ἐστι τὸ καὶ μόνον. 7 recte dat codex Barocc. παρείκοντος. *pro ſua quisque virili.* recte quoque verſu 8. deeſt αὐτῆς quibusdam. 12 οὕτω] l. οὔτοι. *alii res ab urbe geſtas enarrare non inſtituerunt, ſed aliam iniere viam, metu, ſi quid video, ne verbis earum dignitatem non aequarent. et ſane metus ille intra veniam eſt.* Tum exponit

nit quaenam ea fuerit alia via ab aliis inita. laudarunt enim urbis virtutes.

94. 1 τȣ̃το] ſ. τοσȣ̃το. praeceſſit enim ἄσον. 2 ſ. ὧν αὐτῇ (ſcil. τῇ πόλει) μέτεστιν. 3 *non igitur aequum eſſet illam ſolam cauſſationem, me nempe aliquid tentaſſe fiducia facultatis meae, quod alii, diffiſi ſibi, reliquiſſent, et quae audaciae cauſſa etiam hanc orationem poſcebat:* (nam, ſi alium quempiam ille impetus cepiſſet, jamdudum ſimilem is edidiſſet orationem, qualis haec eſt; ſed cum illi refugiſſent, neceſſe mihi fuit audere:) *converti in cauſſationem illam, quae vim haberet reprehenſionis vel vituperationis.* 5 ȣ̓χ ὅπως ȣ̓μενȣ̃ν eſt idem atque ȣ̓ μόνον, ἀλλὰ καὶ, ut jam dixi ad p. 70, 7. quo animadverſo erit in conſtructione verborum ſic ordinanda oratio εἰ μὲν καὶ τὸ τῶν λόγων μὴ ἦν ἕν τι ἀγαθὸν τῶν εἰς τοσȣ̃τον τὴν πόλιν ἡκόντων (ſic enim recte et integre dat editio Stephani) πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν καὶ μεγάλων, ȣ̓μενȣ̃ν [h. e. ȣ̓ μόνον δὲ τȣ̃τα, ἀλλὰ καὶ] ȣ̓τε ῥᾳδίων. *ſi in bonis urbis, quae eam adeo extulere, quae bona non ſolummodo multa et praeclara et magna, ſed etiam tanta ſunt, ut neque facile enumerari, neque modo definiri queant: ſi igitur illis in bonis literarum quoque bonum non eſſet, eſſet forſitan alienius a noſtra perſona.* — Vnde apparet μὴ verſu 5. non cum proximo πολλῶν, a quo in ſententia reddenda quam longiſſime diſtrahi debet, ſed cum ἦν ἕν τι cohaerere. 12 recte dat codex Barocc. ἕν τι τῶν — absque καὶ. *ibid.* paene malim

ἐκτείνομεν, ut eſt in edit. Stephani. quam lectionem etiam Scholiaſtes notavit et interpretatus eſt, apud quem pro διὰ φόβυ γράφυσι leg. eſt διὰ διφθόγγυ γραφ. 13 ὐκ ἄλλυ τυ. *non alterius alicujus*. τυ hic eſt encliticum.

96 10 diſtinguo ſic καὶ πεζεύειν καὶ ἔτι πελαγίυς, εἶναι. *adeo ut ſit* (h. e. *ut liceat*) *vel in ipſo mari pedeſtre iter agere*. 15 f. καὶ ὡς σελήνην. *ult.* ὡς poteſt perinde adeſſe et abeſſe. Si adeſt, redundat ut in ὡς ἀληθῶς, quod creberrimi uſus eſt, et in ὡς ἀσφαλῶς Thucydidis, quod a Noſtro T. II. p. 120, 16. citatur, et ὡς ἑτέρως T. II. p. 141.

97. 2 mallem ἥπερ ſcil. τύχη. 4 aut faciendum eſt cum codd. mſtis aut leg. καὶ τῶν καθ᾽ ἴσορ. 15 ante aut poſt ἁρμόσει deeſſe videtur μᾶλλον. *ut hoc loco id afferam, quamquam de diis differendi locus paulo poſt erit opportunior*. Suppleri quoque tacite haec debent ἀλλ᾽ ὐ καὶ νῦν γε ταύτης μεμνῆσθαι χεῖρόν ἐστι.

98. *ult.* recte deeſt τε codici Barocc. leg. videtur ἡ δ᾽ αὐτὴ θέσις τῇ (ſcil. θέσει) τῆς χώρας. *qui ſitus eſt regionis Atticae ad Graeciam univerſam, idem eſt ſitus urbis ad agrum univerſum Atticum*.

99. 5 poſt συμπεπτωκότος figendum punctum, et poſt πάντων e codd. mſtis addendum ἤδη, et tum ſubaudiendum ἐστι. Conſtructio eſt τῦτο ἤδη ἐστὶ τὸ διὰ πάντων [ſcil. διῆκον aut συμπεπληρωμένον] κάλλος. ſed, ut dicam quod ſentio, non ſatisfacit haec ratio, videturque potius

tius aliquid deeſſe. 6 περὶ τὴν γῆν. 7 πέμπτος] ſubaudi ἔτος ὁ κύκλος τῶν χωρῶν. *hic orbis terrarum, ut numero quintus, deſinit in umbilicum, tanquam in ſcuto, ille omnium reliquorum pulcherrimus.* 11 εἴπωμεν in conjunctivo. *penult.* νικῶσι] *qui fructus ſuum cognomen ſuperant*, ſeu plus ſunt, quam quod vulgo appellantur, ſcil. ὡραῖοι, plusquam tempeſtivi, quia ultra conſuetum etiam tempus in Attica durant, et plus quam formoſi, quia conſuetum pulchritudinis modum excedunt. *ult.* ὥσπερ delend. ἀπόστασις non eſt *declinatio*, ſed *diſtantia* vel *diſceſſus*: ſi quis ab Athenis utramvis in partem paulum recedat, tanquam in libra cum quid accurate et diligenter volumus explorare. ſolent[1] enim, qui id volunt, libram aliquantum a ſe removere, quo melius et certius onerum rationem et lancium inclinationem perſpiciant.

100. 5 poſt οἴκοθεν videtur τοῦτο deeſſe, ſcil. τὸ ἄριστα τῶν ὡρῶν καὶ ἀέρων κεκρᾶσθαι. 8 comma poſt ἤδη eſt collocandum, ſuperiora paulo ſunt obſcuriora propter ὀνομάζων. Sententia paulo uberius expoſita eſt haec: εἴ τις χωρίον τι ὀνομάζοι, οὐκ ἂν εἴποι αὐτὸ εἶναι πρὸς ἄρκτον, καίτοι ὄν, οὔτε εἴποι, ἐν τῷ ὀνομάζειν, τοῦτ' εἶναι πρὸς μεσημβρίαν, καίτοι ὄν. *ſi quis aliquem terrae tractum appellet, non dicat eum eſſe verſus boream Atticae, quamquam eſt, neque rurſus ad meridiem, quamquam item eſt, cum contingat, ut*

 regio-

regionem aliquam aut borealem aut auſtralem nominet. *ult.* ἄλλοις ὁρίοις] ſuſpectum.

101. 2 verbis tranſpoſitis leg. ὃ γὰρ εἰκὸς ἔχειν χώραν, τὴν ἔργον. 3 σπέρμα τῆς χάριτος τῆς πρὸς θεοὺς] *ſemen pietatis erga deos aut gratiae apud deos* videtur auctor appellare templa deorum marmore e montibus exciſo ſtructa, nam a commemoratione montium delabitur ad templa.] 9 Conſtructio eſt πῶς οὐκ εἴποι τις εἶναι ταῦτα χώρας τελέας καὶ συζούσης οἷον μίμημα τῆς πάσης οἰκουμένης. aegre tamen fero, ταῦτα abeſſe. *ult.* ἡμερώτατος ὁ ἐνταῦθα.

102. 6 οὐ κατὰ τοὺς ἐν Ἰνδοῖς μύρμηκας ἄξιον εἰπεῖν] *non ita dignum narrari et praedicari, ut formicae Indicae.* ſubaudi, ſed multo magis. figura haec eſt Arabibus crebro in uſu. Dicunt غدوت ولا غداء الغراب *ſurrexi mane, non ut corvus.* h. e. ſed multo ante. بكيت ولا بكاء يعقوب *ploravi, non ploratum Iacobi.* ſed multo acerbius et amarius. 9 ἀνθρώπου. 12 ὥσπερ ἐπὶ σκότους] f. ὡσπερεὶ σκοποί. *tanquam exploratores.*

103. 3 προὐβάλλοντο] verbum de ſcuto proprium, quod corpori praetenditur, ejus defendendi cauſa. cui concinunt ſequentia ὥσπερ ὅπλων ἀπορίᾳ τῷ φανέντι χρησάμενοι. Sententia eſt: hi vagabundi errones expulſi patria ſua in primam quamque occurrentem terram ſe conjecerunt eamque ſui juris fecerunt, hoc eſt, ita arripuerunt ſui defendendi cauſſa atque muniendi, ut, ſi quis primam quamque occurrentem

tem tabulam prae ſe ferat, et ſibi praetendat, qui firmiore ſcuto deſtituatur. vel ſic: patriae nomen ſibi praetendunt, quo nomine infamiam obſcurae originis et peregrinitatis a ſe defendant, temere et per trepidationem arreptum ſcutum, inopia melioris tegumenti et munimenti; quemadmodum coorta ſubito rixa et concertatione quicquid in promtu eſt arripere et eo pro telo uti ſolemus. 13 f. οἰκειωσάμενοι. 14 οἷς κατέλαβον. 15 κυρία] h. e. reapſe id, quod appellatur, ſcil. civitas.

104. 2 aut ἀλλοτρία *tanquam aliena*, aut ἀλλοτρίους *tanquam alienos*. 3 ἐκ τῶν αὐτῶν κόλπων] ſubaudi ἐξ ὧν ἐδωρεῖτο τὰ πρῶτα. 4 ἱερὰ] erat enim conventus ſolennis deorum omnium ad ſpectandum. 8 aut ἐξικνεῖται leg. aut adſciſcenda lectio libri Barocc. *his vero quoad poſſunt, quousque pertinent. ſo weit als iedes reicht, oder zulangt.* oviculae, ut hoc utar, lana utilis eſt hominibus duntaxat quatenus ſufficit ad plures paucioresve veſtiendos. 11 λόγου] poteſt ita accipi, ut Canterus accepit; et poſſunt ſequentia illius voc. enarratio eſſe, illa puta, ὅτι πρῶτον ἄνθρωπος ἐπὶ τῆσδε τῆς γῆς ἔστη. multo tamen mihi credibilius eſt auctorem τόκου vel γόνου dediſſe. *primi partus*, humani puta. 12 καὶ ταύτα. 13 τε] l. μὲν. 14 τοῦτό γε] ſcil. τὸ τυχεῖν τῶν ἀναγκαίων.

105. 2 Conſtructio et ſententia verbis nonnihil amplificata haec eſt. οὐ γὰρ ἠξίωσαν ἐξαρκεῖν αὐτοὶ πρὸς τὰς χρείας, αὐτὸ δὴ τοῦτο καταμεμψάμενοι

ψαντες

φῦντες τῇ γῇ τὰ τῶν θεῶν δῶρα τὰ αὐτοῖς ἐπιχορηγηθέντα. *non enim exiſtimabant recte ſe facturos, ſi terra, quod ajunt, ſolummodo abſconderent dona deorum ipſis tributa; intereadum ipſi eorum ope neceſſitatibus omnibus pares eſſent.* αὐτῷ τοῦτο poteſt reddi vel *ſolummodo*, vel *quod ajunt.* 19 χεῖν. *habuiſſe.* ſcil. τοὺς καρπούς.

106. 5 *at ſi de ſingulis pronuntiandum ſit, liquet ſerventne omnia inter ſe nexum, et maneatne unumquodque e proximo ſuperiore.* 10 f. μεγάλοις μὲν τοῖς πᾶσι, μεγίστῳ δὲ — 14 κοῦφον ἐπ' ἀμφότερα] *utrique parti leve et tolerabile facileque concedendum;* quia neutra pars metuebat eo facto ſe cauſa caſuram, et, ſi vel caderet quoque, facilius erat latura, quam ſi a judice alieno aut inimico eſſet condemnata.

107. 3 recte libri aliquot exhibent ἔχει *quemadmodum nihil non ſuccedit imitantibus praecepta magiſtrorum in quaque re ſummorum.* 18 comma ad λαμβάνει revocandum. deinde pro ὥσπερ malim εἴπερ vel ὑπέρ. in τὴν αὐτὴν ſubauditur ἰοῦσαν vel ἔχουσαν. *ult.* probo Canteri ἀνίσχει, *exhalant, efflant, ſublime emittunt. quemadmodum fontium quotquot ſunt fatidici auras de ſemet ipſi eructant.*

108. 2 τῷ συγκεχωρηκότι] *tantum deferunt omnes ejus judicio.* τὸ συγκεχωρηκὸς eſt idem atque ἡ δυσωπία, αἰδὼς ὑπείκουσα καὶ συγχωροῦσα. *tanta judicium hoc omnes proſequuntur reverentia, auctoritati et ſancitis ejus concedente et ſubſcribente, ut* — v. p. 183, 7. 519, 9. T. II. p. 151, 1. et alibi. 4 ἥκοντες]

4 ἥκοντες] l. ἑκόντες. *ultro ſunt idiotae*, h. e. privati, imperio et poteſtate deſtituti, *ſi cum hoc judicio comparentur*, et ii *quidem ſunt* ἑκόντες *ſponte ſua, quia ipſi eam ſibi legem tulerunt, ut Areopagi auctoritas caeteris omnibus tribunalibus imperitaret.* 6 ἐξ ἐκείνε] ſubaudi τε χρόνε. Canterus ita reddidit, ac ſi ἐξ ἐκείνων legiſſet: quo opus nil eſſe puto. *conſecratus eſt hic locus diis, ut forum, in quo ſuas illi cauſas agitarent; et tum conſecratus eſt ad uſum palaeſtrae forenſis iis, quibus ab aetate inde deorum competiit.* 7. f. θεία δὲ καὶ αὐτή. 9 poſt σεμνὰς figendum comma, et punctum poſt καταφυγὼν tollendum: et ſic quoque Canterus in latinis diſtinctiones conſtituit. πρὸς hic ſignificat *adverſus* et cohaeret non cum καταφυγὼν, ſed cum ἀγωνοθέται. v. p. 120, 12. 126, 9. Ad καταφυγὼν ſubauditur proximum εἰς τὴν πόλιν. 10 δικαίαν φιλανθρωπίαν] *caritatem et benevolentiam juſtitiae nihil derogaturam.* 13 ἢ τοῖς πρὸ ἡμῶν] neſcio in interpretando quid ſecutus ſit Canterus. Hoc video humani quid eum eſſe paſſum. Sententia eſt. *non deterius tamen, quam deceſſores noſtri.* h. e. oratores, qui dudum ſibi laudandas ſumſerunt Athenas; de quibus judicium tulit initio orationis. paulo poſt recte dat codex Angl. ἐγγέγραπται. quod Canterus etiam in latinis expreſſit. 15 *et quales ſe adverſus univerſitatem graecorum populorum exhibuerint.* 18 f. ὡσπερὲν (vel ὡσπερεὶ) τὰ σπέρματα.

109. 2 Codex aliquis Anglicanus dat τῇ μνήμῃ recte, ſi μνήμη hic idem eſt atque latinum *memoria*, pro enarratione rerum olim aliquando geſtarum. cogitavi aliquando ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἔργοις τοὺς λόγους συμμέτρους ἀποδοῦναι. 4 recte vidit Anglus τοῖς ἄλλοις legi oportere. ſed ejus διηγείσθω non probo. ſententia eſt. *id autem, quod antiquarum rerum praecipuo eſt habendum loco et pro exordio reliquarum enarrandarum haberi debet :* ſubaudi ταῦτά ἐστι τάδε *hoc eſt,* quod jam ſubiiciam de Hercule. Clauſulam τοῦτό ἐστι vel τάδε ἐστὶ omittere ſolent graeci. 7. ἦρξε] *inſtituit, praeivit exemplum, prima monſtravit.* Sententia eſt. *Civitas haec non ſolummodo vetuſtiſſimos deos prima coepit colere, idque eximiis modis et pluſquam caeteri omnes fecerunt, qui ejus exemplum hac in re ſunt imitati. ſed etiam novitios adſcriptitiosque haec ipſa civitas conſentientibus reliquis diis inſeruit coetui deorum, quaſi eadem in civitate cum diis verſaretur, eoque jure gauderet quoscunque vellet ſua civitate donandi.* ibid. δὲ] l. γάρ. *nam et dii Herculem in collegium ſuum adoptabant et illud factum civitati deorum non latebat.* nam τοῦτο γιγνόμενον ſubauditur in ἐλελήθει. In ἐνέκρινε ſubauditur τοῖς θεοῖς, aut τῷ τῶν θεῶν χορῷ. vel huc trahi poteſt ſequens τοῖς θεοῖς, quod ita poſitum eſt in ambiguo, ut dubites ad ſolumne συμπολιτευόμενος, an etiam ſimul ad ἐνέκρινε referas. cujusmodi multa apud omnes auctores veteres occurrunt. 12 οἰκείοις, τῆς ἐκείνου μν. *efficiebant ut Thebani*

parum

parum ipſi conjuncti patriae communione viderentur, et pari modo ſi qui alii, ut ejus affines, ſibi memoriam ejus vindicarent. ibidem. αὕτη μὲν οὖν *haec civitas itaque* et ἀποδέδωκε. 16 praefero τὸ e libro Barocc. *ult.* συνείληπτο absque ἐπί. nam in ſenſu adjuvandi συλλαμβάνειν et συλλαμβάνεσθαι dicitur, non συνεπιλαμ.

110. 2 μετ' αὐτῶν καὶ ὑπὲρ αὐτῶν] ſubaudi τῶν Ἀθηναίων. Conſtantiae tamen erat μετ' αὐτῆς καὶ ὑπὲρ αὐτῆς dicere; τῆς πόλεως puta, ad quod vocabulum et ſuperiora et inferiora pertinent. 4 μόνον. 11 revocanda vetus lectio ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖν. ſubaudi πατρίδων. *gemina niti patria.* ductum ſimile a navibus ad anchoram geminam ſtantibus. aliae ἐπὶ μιᾶς ὁρμοῦσι, aliae ἐπὶ δυοῖν, illae, quarum proram anchora tenet, et alia puppim. deinde lego ἰδίαν obſequens κοινήν. *privatam ſibi quique patriam ſuam illam veterem appellantes.* 15 f. ἱερὰν ἔγνωσαν, ὀρθῶς καὶ μετὰ τῆς πείρας βουλευσάμενοι. *recte initis rationibus*, recte inſtituta deliberatione, et ad eam deliberationem aſſumta experientia, veluti conſiliorum ſocia et arbitra futura. 17 perinde eſt ταύτην legas, quae eſt lectio vulgata, an cum codd. aliquot mſtis ταύτῃ. *antep.* εἰξάντων] illi nempe populi, qui cum ante Dorienſium in Peloponneſum adventum eam peninſulam tenuiſſent, pulſi a Dorienſibus excedebant Peloponneſo, et partim in Aſiam, partim in Atticam et Boeotiam migrabant, et

veteres

veteres illinc incolas, praeſertim Tanagraeos, expellebant. v. Simſon ad A. M. 2901.

111. 6 primum καὶ del. videtur. 7 ἀλλ' ἢ idem eſt atque ἀλλὰ ſimplex, vel ἀλλὰ μόνον vel ἐδὲν ἄλλο ἢ. *ſed, ſolummodo, nihil aliud, quam.* v. Diodor. Sic. I. p. 568, 80. 8 f. συμβαῖνον vel συμβαίνῃ. quid ſibi porro velit quod Noſter de tribus populis Peloponneſi ait, non ſatis intelligo. plures enim quam tres populi eam peninſulam incoluerunt. Achaei, Arcades, Argivi, Spartani, Elei, Meſſenii. forſitan in mente habuit tria illa majora regna in Peloponneſo a Dorienſibus et Heraclidis condita, Spartanum Euryſthenidarum, Corinthiacum Aletidarum, aut, ſi mavis Argivum Temenidarum, et tandem Meſſenium Creſphontidarum. v. Apollodor. Biblioth. p. 126, et Simſon ad A. M. 2902. 9 αὐτῶν] ſcil. τῶν Μεσσηνίων. 11 mallem cum plurimis libris συμβάντος, *cum illa calamitas contingeret in Boeotia,* [excidium Plataearum puta anno tertio belli Peloponneſiaci] *et urbe — deleta, quae olim copiam fecerat Graecis in vicinia oculisque ſuis nobiliſſimam et auſpicatiſſimam de barbaris victoriam adipiſcendi, nullus alius populus ſtudii a Plataeenſibus ad eam victoriam conſequendam collati memoriam ſervavit eo tempore, quum ipſis auxilio et digna tantis meritis mercede opus eſſet.* Vulgatam ſi ſervas, tenendum, verbum συςάντος reſpicere ad nubes coëuntes in tempeſtatem gravem mox erupturam. 13

ἀλλὰ

ἀλλὰ τὸ [id eſt κατὰ τὸ] *μὲν τῶν ἄλλων μέρος ἐξῃρεῖτο τὸ Πλ. verum, quantum in graecis reliquis erat, delebatur urbs.* non intercedebant quominus de medio tolleretur. τὸ τῶν ἄλλων μέρος idem eſt atque ἕνεκά γε τῶν ἄλλων. aut ſi ἐξήκειν verbum ſervandum videtur; ſaltim leg. ἐξῆκε. Uſurpatur hoc verbum de plantis, temporibus, vino; rebus aliis deſinentibus, exſpirantibus, obſoleſcentibus. Ita dicitur annus ἐξήκειν *finiri, exire,* orbem ſuum abſolvere. p. 159, 6. exempla alia habes p. 207. *pen.* 410, 9. 543, 4. 551, 10. T. II. p. 158, 16. 308, 13. 314. *ult.* et alibi. item apud Demoſthen. p. 603, 24. 644, 29. Arrianum de V. Alex. p. 313, 27. *edit. Wetſten.* 15 κοινῇ recte dat editio Stephani. 16 f. προεστᾶσαν, τούςδε πταίσαντας παῖδας τῶν ἐκεῖ Φ. ἀν. *quemadmodum par etiam erat eam civitatem, quae tum univerſis praefuiſſet, prolapſos erigere aut ſublevare filios eorum, qui tum* (temporibus illis Medicis) *illuſtria ſuae virtutis documenta edidiſſent. penult.* praefero lectionem cod. Barocc. αὖθις αὖ. Secundum Plataearum excidium contigit Olymp. 101. anno tertio. v. Simſon ad A. M. 3631. 3632.

112. 1 punctum delendum, item τε, ex auctoritate quorundam librorum, niſi ſit cum γε mutandum. *reliquias duarum et triginta civitatium Thracicarum.* 5 καταδεικνύναι et καταδείκνυσθαι eſt exemplum praeire alicujus rei, legem ponere, morem aliquem in vitam im-

mittere, auctor eſſe alicujus inventi, inſtituti, moris, exempli. v. p. 166, 17. 169, 14. 184, 8. 194, 12. Tomo II. p. 323, 3. et alibi ſaepiſſime. Noſter enim crebro ea verbi ſignificatione utitur. Significat itaque Athenienſes fuiſſe primos auctores conſtantiae erga amicos laborantes. 12 comma ad χρόνῳ retrahendum. 15 τῶν πρoϋπηργμένων] donorum puta et beneficiorum a diis primitus in Athenienſes collatorum. 18 τὴν αὐτὴν] *comparans per eosdem homines alio a ſe emiſſos cum praeſidium, tum incrementa graecae genti.* *penult.* primum πρῶτον ſignificat *primum loco et ordine narrandi*, ſecundum, *dignitate et honore.*

113. 1 poſt λέγω deeſſe videatur aut δὲ, aut, quod liber Barocc. praeſtat, δή. verum jam alibi notavi a noſtro δὲ poſt λέγω ſolere omitti. 6 διχόθεν] terra marique, aut etiam, expellendis praedonibus ex inſulis maris utriusque tam Aegaei, quam Ionici. 10 conf. p. 126, 18. 12 ἀμφοτέρω τῷ γένει] ſuis puta coloniis, tam in Aſiam, quam in Italiam deductis. id quod e verſu 17. patet, ubi ἀμφοτέροις τοῖς πέρασι τῆς γῆς Aſiam et Italiam, aut ſi quid ulterius ad occidentem ab Atticis coloniis occupatum fuit, ſignificat. 18 παίδων] imo vero πατέρων aut προγόνων. 19 τῇ λίμνῃ] paludem Maeotidem ſignificat, aut Pontum Euxinum. *penult.* φρονιμεῶν] ſubaudi μέγα, quod in hoc verbo ſolet omitti.

114. 2 πολιτεία est ratio ſeſe gerendi erga alium, modus eum tractandi, ſapienti conſililio ſuſceptus. v. p. 115, 2. ubi rationem agendi excogitatam callide, et prudenter exercitatam ſignificat. 6 μετὰ τῦ θεῦ] Apolline puta Delphico. 17 προέπεμπεν.

115. 2 providentia Athenienſium ſaluti Graeciae invigilans videtur eſſe ſolers quaedam inſtitutio ſuas rationes longam per ſeriem inſtitutorum inter ſe conſentientium conſtanter ſervans. 11 accenſentur novis Graecis, qualem Bacchum pingunt. Pingebant eum autem modo ut robuſtae virum perfectaeque aetatis, modo ut puerum, ore virgineo. Sic Athenienſes diverſa ratione et vetuſti Graeci erant, quia Aborigines, et novi, quia partem efficiebant coloniarum a graecis deductarum, jam florentibus eorum rebus. 13 πόλεως δεηθέντας] urbe carentes, extorres, exſules. 18 ἀφορμῶν ἕνεκα] praeſentibus victus acquirendi modis, non officiente penuria modorum victus honeſte ſecureque quaerendi. 19 καὶ videtur delend. omiſit quoque Canterus in latinis.

116. 11 ὅτε poteſt defendi et ſic exponi ὃν ἀγωνίζεσθαι δεήσαν, ὤκνεν. vel ὃν ὤκνεν, ſcil. ὑπομεῖναι vel διαφέρειν, δεῆσαν αὐτῦ. *quem refugiſſent tum, quum eum ſubire* vel *tolerare debuiſſent*. mallem tamen ut mollius et planius, ὅτε ἀγωνίζεσθαι [vel παρεῖναι] δεήσαν. *penult.* ἐν καιρῷ] omnium Euryſthei injuriarum, quae

multae fuerunt, haec in Heraclidas demonſtrata, una fuit ejusmodi, ut videatur opportune eveniſſe, h. e. ut eam evenire videatur expediſſe. nam ex ea multae utilitates exſtiterunt. *ult.* poſt ἅπασαν deeſt δὲ.

117. 4 καὶ μάλα μέντοι] ſubaudi λέγω. *et rurſus dico: civitatis hujus.* eo diligentius iterat, quo vult magis memoriae teneri. μάλα ſaepe *rurſus*, *iterum*, *denuo* ſignificat. 7 βουλευόμενοι. neque ut deliberantes ſecum et recogitantes quinam ſint et quales erga ſe illi, quorum cauſa ſuperaturi ſuos inimicos videantur. h. e. eos eſſe Argivos alienos a ſe, quorum vindicandorum cauſa bellum hoc ſuſceperint. 9 comma revocandum ad νόμου. nam πεῖσαι pertinet ad τιμήν. 11 δυοῖν] ideſt ἀμφοῖν *ambobus pedibus.* Dictio proverbialis ſignificans ſummam celeritatem ſuccurrendi absque ulla cunctatione aut reſpectu ad alterum. 18 ἐν χωρίοις: *urbem inter pagos vel vicos eminentem.* ut recte vertit Canterus.

118. 4 μὲν] huic particulae reſpondet δὲ verſu 10. 5 ἐξισώκεσαν τὰς ἠπείρους ſignificat, *ambas oras maritimas ad paria utrinque ſpatia impleverant.* Seu tantum terrarum in Europa occupaverant, quantum in Aſia, ut ditio eorum ex ambabus continentibus ad parem longitudinem protenderetur. In Aſia procurrebat usque ad Lyciam, in Europa ad Atticam. hae autem regiones ex adverſo ſibi jacent ſub eadem coeli latitudine, quam appellant. 6

σημεῖα]

ἀφέσεως] tanquam a carceribus unde currendi fit in ſtadio initium. *ibid.* aut ὥσπερεὶ στρατοπέδῳ aut ὥσπερ ἐνὶ στρατοπέδῳ. 8 f. πρὸς τῇ πόλει. *ibid.* recte addunt codd. mſſi δὲ. 10 τῇ κοινῇ φύσει] *toti generi graeco.* 11 μέμψασθαι τῆς συμφορᾶς] non puto Thracas ipſos poenituiſſe ſuae cladis ab Athenienſibus acceptae. Conf. p. 130, 10, poenitet aliquem ſuae cladis, ſeu iraſcitur illi, et contemptim illam habet, qui aut ab indigno et impari atque inglorio hoſte eam accepit, aut exſpectatione ſua meritisve minorem. Eſt itaque ſententia: non puto Thracas habituros quod in illa clade reprehendant, neque gloriaturos de poenis a ſe datis non ſatis magnis, neque dicturos, ſe mitius et clementius ab Athenienſibus acceptos eſſe, quam meruiſſent. 17 τοῦτον ſervari ex ed. Stephani debuerat.

119. 1 θεωρίαν] Canterus *quaſi ad pompam.* recte ſi *pompa* accipitur illo primigenio et proprio ſenſu, quo notat publicam ſolennem proceſſionem, qua ſimulacrum alicujus numinis ex ejus fano producitur, per ſemitas urbis a magno comitatu virorum ſplendidiſſime veſtitorum, inter jubila et cantus circumducitur, ſpectandum plebi adſtanti, et tandem in aediculam ſuam reducitur. 4 nolim quidem τὰ τοιαῦτα τῶν σφετέρων ſollicitare. poſſunt ſuorum talia [ſubaudi ἔργα *facinora*] narrare. planius tamen eſſet περὶ τῶν σφετέρων. *ibid.* εἰπεῖν] verbum hoc Noſter interdum uſurpat pro *glo-riari,*

riari, ſe jactare; quae ſignificatio etiam hic obtinet. *nihil tamen illis ſuperiit eximium et praecipuum, de quo glorientur, et quod de ſe jactent.*
15 αὐτῶν] dirimendum in duo vocabula αὖ τῶν. tres facit partes ſuae tractationis. attuliſſe ſe ait primum exempla priſtinae humanitatis Atticae erga exteros, deinde ſtudii privatorum erga patriam, tandem καὶ αὖ τῶν ἐπιφανῶν τε καὶ πολλῶν ὡς ἀλλήλοις ὡμίλουν — id eſt καὶ τῆς ὁμιλίας αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους. etiam conſuetudinis et uſus plebejorum et nobilium inter ſe.
17 locum hunc e codd. mſtis ita concinnem. συμπίπτῃ τῷ λόγῳ μὴ ἐπὶ πολὺ τ. *quo meae orationi ea laus contingat, ut rerum enarratio ultra tempora ſibi reſpondentia non multum procurrat.* vult dicere: conjungenda mihi jam deinceps oratione ſunt duo rerum genera, unum earum, quas pro aliorum exterorum ſalute geſſerunt Athenienſes, alterum earum, quas pro patria ſua; ne, ſi genus unumquodque ſeorſim a capite ad calcem exſequar, tempora nimium diſtraham, et abſoluta prima parte a factis noviſſimis rurſus ad antiquiſſima ſit cum ſecundae partis initio recurrendum. Promittit igitur ſynchroniſmum exterorum cum domeſticis. mallem quoque τῶν χρόνων. qui genitivus erit aptus ex ἐπὶ πολύ.

120. 5 ſi Anglus veterem lectionem ſuo ex ingenio, quod videtur, non autem ex auctoritate ſuorum librorum, qua ſane hic non utitur, mutavit, nulla ei erat cauſſa a lectione editio-

editionis Stephanianae diſcedendi. ἤ lectio ejusdem editionis debebat ſic reſingi τὸ μὲν, αὐτῶν, φυγῆς αὐτῷ τιμήσαν. 9 *otar ea animi magnitudine, quae civitatem hanc nobilitat*. h. e. omittam minuta; ut civitas ipſa quoque tantum magna et illuſtria conſectatur, exilia contemnit; et pro eadem illa, qua inclaruit animi magnitudine veniam huic meae feſtinationi dabit. 13 αὐτῆς] ſcil. τῆς πόλεως. Athenarum. τὸ μὲν redit ad Graecos, ut ipſe auctor p. 131, 6. interpretatur, ubi ad h. l. provocat et ablegat. ut appareret, graecos quidem caeteros ad Athenas adjunctos parvam eſſe hujus urbis acceſſionem, τὸ δὲ πλέον barbaros autem τοσέτω χεῖρον, ὅσῳ πλέον ἐδόκει, quamquam numero praeſtantes, tamen eſſe tanto nequiores, quanto eſſent plures. 14 διαθεῖναι] *hos ludos edere*. *ult*. οἱ ὕστερον] ſignificat Lacedaemonios aetate Lyſandri et Ageſilai.

121. 1 ἡγεμὼν τῇ τῶν Ἰώνων. 7 τέτῳ. Dario puta. 8 ἤδη] f. νὴ Δία. 12 ὀνόμασι. 13 μέσην τινὰ] ſubaudi ἔξιν vel ὁδόν.

122. 2 f. ἀπὸ Περσῶν καὶ τῆς Ἀθηναίων πόλεως. nam alias non congruunt ſequentia τῆ μὲν ἀπολλῦντος καὶ πειρωμένε, τῆς δ' ἀνθεστηκυίας. 6 in ὑμῶν claudenda erat parentheſis. 7 *pervicit ad memoriam*. h. e. penetravit per obſtantia multa impedimenta ad memoriam usque poſterorum. 9 διὰ χειροτονίαν] haec duo vocabula contrahenda ſunt in unum διαχειροτονίαν.

νίαν. Illud διὰ in hac compoſitione ſignificat *cujusque* civis ſuffragationem propriam. *dederunt ei hoc juris quaſi debitum, ut de eo cives in ſuffragia mitterent ſublatis manibus decloranda.* 11 τὸ ἰσχυρὸν] *id, quo ille ſe tutum fore ſperabat, circumvenit eum.* quod non ipſe nuncius, ſed nunciorum ſolummodo interpres eſſet; hoc putabat ſe tutum eſſe. verum id ipſum ei capitale fuit, et cauſſa exitii et caput accuſationis. 17 ἄλλῃ] l. ἄλλα.

123. 2 ſervari debebat lectio Stephan. προειρήκειν, aut reſtitui ᾧ δὴ προσίεντο σχήμασι: fuit olim in libris Ariſtidae gemina lectio. in aliis προειρήκειν σχήματι, in aliis προείρητο σχήματι. ex illis ambabus conflata eſt illa a Iebbio vulgata, in qua τῷ plane redundat. reſpicit hic locus ad ſuperiorem p. 122, 16. ἵνα μηδεὶς ἄδετος — 9 recte emendavit Canterus τό. ſubauditur vel φῦλον vel γένος, vel potius ἐπίταγμα. *ad alterum regis praeceptum efficiendum accingebantur.* vulgata τὸν ſi ſervatur, ſubaudiri debet πλοῦν. quo admiſſo, credibile eſt, Ariſtidem in mente habuiſſe illud vulgare proverbium ὁ δεύτερος πλοῦς σοφώτερος. 11 ὁ poſt ἄρα eſt delendum. *neſciebant Perſae ſe non teneri eo* (proverbiali quaſi) *dicto* (h. e. ejus reos non eſſe) *quo dicitur aliquis fugientia perſequi; ſed eo potius, quo dicitur aliquis perſequi ea, quae non fugere, ſed ipſa perſequi ſoleant.* 17 ἀνέῳγε hic eſt imperfectum activi, *aperiebat*; non perfectum medii, *aperta erant.* ult. ſi

αἱ μὲν

οἱ μὲν φεύγοντες φύλακες τῶν ἱερῶν καὶ τῆς πόλεως ἀπελείποντο.

124. 3 *tum ad hoſtes acceſſiſſent, jam multo celerius et ocius currebant, quam tum primum ex urbis ſuae portis exibant.* 6 ὑπερβαλόντες] ſcil. montem, qui Marathonem et Athenas intercedebat. v. p. 135, 1. 11 φρόνημα non eſt *prudentia*, (nam ea eſt φρόνησις) ſed *magni et alti ſpiritus, faſtus.* 16 recte deeſt τῶν edit. Steph. ejus loco ſufficiendum αὐτῇ. ſcil. τῇ ἀνδραγαθίᾳ *vincere tantum exercitum; hos vero eſſe, cum* (fortitudinem puta) *tanquam pecunias prodigere.*

125. 6 αὐτοῖς. *quo tempore ſic peribant conciſi barbari, videbantur ipſimet ſibi numero plures, quam antea exiſtimaverant ſe eſſe.* 9 pluribus, quam quibus quis auſus eſſet a principio reſiſtere, inferiores erant. h. e. cum exercitu tam numeroſo, ut multo plures eſſent milites, quam quibus quis ab initio auſus eſſet reſiſtere, tamen pugnam amittebant et in fugam conjiciebantur. 10 tam vana quam inſana eſt haec jactantia, Noſtri aetate et profeſſione indigna, aliasque demonſtrata ſapientia et recto judicio in fugiendis ejusmodi ineptiis rhetoricis. 16 diſceſſit a more legibus et uſu ſancito. 18 f. τροφαῖς, αἷς ἔδωκεν.

126. 1 ὥσπερ ἐλευθέριον] ſubaudi Δία aut Θεόν. *ibid. a ſorte quadam fatali attributam hanc pugnam Athenienſium genio* vel *Fortunae fuiſſe.* 2 κατὰ γένος τινὸς eſſe dicitur] aliquid, quod ipſi

κατὰ φύσιν καὶ λῆξιν est, quod ejus indoli fortunaeque convenit. *et ita nulli alii populo, quam Athenis, evenisse.*

127. *penult.* ἀτρῶσι τοῖς ὠσὶν] eleganter dictum pro *intrepido et non dejecto animo*; aſini fuſtibus caſtigati demittunt auriculas: conficta eſt haec dictio ad inſtar alterius item proverbialis καθεστῶτι τῷ προσώπῳ ὁρᾶν *oculis rectis, vultu quieto ſpectare.* *ibid.* ἀπῆγον ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς] *minus ejus abducebant ad extremos orbis terrarum terminos.* h. e. minabatur abducturum Athenienſes ad ultima terrarum. *ibid.* quae praeter illum ſolum alius nemo impetrare poterat. ſcil. imperium in omnes terras, omniaque maria. αἱρεῖν hic loci eſt *impetrare, adipiſci, aut effectui dare, perficere.*

128. 2 f. ταύτας ut ad ἀπαρχὰς redeat. non tamen id valde urgebo. 4 ὅτω γὰρ θεοῖς τι. 7 recte cod. Barocc. exhibet τε. 8 κληρουχίας ἀτίμους] *agrorum ſortes vel portiones, quarum cupido neminem ſit inceſſura.* 10 hoc eſt naribus et auribus mutilatos et altero forſitan oculo quoque et altero crure. v. Euſeb. H. E. VIII. 12 *fine.* τοὺς μὲν δεξιοὺς ὀφθαλμοὺς ξίφει πρότερον ἐκκοπτομένων, καὶ μετὰ τὴν ἐκκέντησιν πάλιν καυτηριαζομένων, τοὺς δὲ λαιοὺς πόδας αὖθις κατὰ τῶν ἀγκυλῶν καυτῆρσιν ἀχρειουμένων, μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς κατ' ἐπαρχίαν χαλκοῦ μετάλλοις, οὐχ ὑπηρεσίας τοσοῦτον, ὅσον κακώσεως καὶ ταλαιπωρίας ἕνεκεν καταδικαζομένων. 11 φέρον] *metu majoris*, quia nemo ejusmodi ſupplicia

metue-

nitet uebat; ut inſolita et vel crudeliſſimis tyrannis non uſurpata. 12 τὸν χρυσόγονον] culinni error eſt Sanderi mediterraneum aequor; volebat terram continentem, a litore procul diſſitam. 13 τῶν εἰσεχόντων] ſcil. in mare mediterraneum. 14 εἰς θάλατταν] ſubaudi εἰσέχοντα vel τελευτῶντα.

129. 1 recte dat editio Steph. περιέστησαν. 2 ἀλλὰ καὶ ταῦτα. 7 cameli auro et argento onuſtae lucebant, h. e. ſpectabantur geſtantes late renidentem pretioſam materiam.

130. 7 poſt τελευταῖοι videtur ἀπολλύμενοι deeſſe. 15 comma poſt πρῶτον delendum. viviſſim percelleret barbarum, eumque primum vel primo loco. Reſpicit hoc primum ad graecos, quos civitas Attica erat etiam rerum ſuarum geſtarum magnitudine perculſura, ſed poſt Perſam, v. p. 131, 7.

131. 6 πρὶν] reſpicit ad p. 120, 13. 9 μικρῷ πρόσθεν] ſcil. p. 130, 11. 18 κατὰ ταὐτὸ leg. et deinde ἢ διαφέρειν delendum, ut ſcholium v. ψηφιζομένους. ult. praeſtat ἔμελλον e cod. mſto, quamvis non neſciam neutra pluralia etiam pluralem verbi adſciſcere.

132. 1 recipi τοῦτο debuerat e cod. Barocc. 7 Μαραθῶνι rectum erat. 11 unde haec duo conficiuntur: unum, graecorum neminem, aut, ut rectius dicam, ne univerſos quidem graecos tunc temporis aequaſſe Athenienſes et eorum res geſtas: alterum, ſalutem graeciae in re navali ſitam fuiſſe. penult. τὰς ἀπὸ πάντων.

133.

133. 37 aut προέωντο in plusquamperf. recipi debebat e cod. Barocc. aut προεῖντο legi. recte idem liber paulo poſt dat ἀληθέστερον.

134. 1 μακρᾷ τῶν πρὸ τῆς. 6 recte codex C. N. καὶ addit. 7 *qui tum ſic Athenas incolebant, ut et antequam patria exciderent, eam recuperatam modis longe pulchrioribus tituloque juſtiore, quam antea, tenerent.* 15 σχήματος] *principatum,* ad ſpeciem certe, et nomine tenus. v. p. 137. *fine,* ſtatim poſt recte dant libri φιλονεικῆσαι et καὶ ὁπωσοῦν.

135. 2 εἰ —] apodoſis hujus periodi habetur demum verſu penultimo. ἄρ' ἢ τῷ δ. 4 ὁ βάρβαρος ἐπ' αὐτοῖς εἶναι. 9 recte dat codex Barocc. ἡμῖν, quod etiam Canterus in latinis expreſſit. *ibid.* poſt παρασκευῆς deeſſe videtur ἔτος. 11 εἴτε τι νίκης δεῖσθε] non intelligo haec verba, neque conveniunt cum oppoſito εἴτε τὴν συντέλειαν δεῖ σκοπεῖν. 12 οὗτοι] Lacedaemonii. nam cum iis de principatu contendentes finguntur ab oratore Athenienſes. οὗτος et οὗτοι in orationibus judicialibus ſaepe partem adverſam ſignificant, contra quam pugnatur. 14 aut αὐτοὺς cum αὐτοὶ eſt commutandum, aut, ſi ſervatur, referendum ad verſum 13. et collocandum poſt ὑμᾶς. *ult.* μὴ γὰρ] ſubaudi ἐγώ.

136. 3 poſt μένον videtur ἐπέχοντας excidiſſe. ſed hi tot accuſativi coacervati non habent unde regantur, neque fundamentum, quo nitantur. 6 recte libri mſti σκεψαμένους et recte

recte verſu 8. iidem καὶ omittunt. ἔσχατον hic loci idem eſt atque ἄκρον vel ἀκρότατον. *ſummi momenti eſt, ſummum tenet locum haec laus vel hic juris titulus in ejusmodi rebus.* 9 ἂν] l. μὲν. non enim dici hoc poteſt, ſingulis quidem navibus Athenienſium gubernatores arte praeſtantes ob eamque delectos praefuiſſe, nec tamen ideo neceſſe fuiſſe, ut, qui re navali excellerent [hi ſunt Athenienſes] iidem etiam ſummum univerſae claſsis imperium adipiſcerentur. 13 recte dat codex C. N. ἴδει. comma etiam poſt ὑπὲρ πάντων promovendum. 15 recte abeſt οὐκ ab edit. Florent. et multis libris mſtis. Cantero, qui videtur primus negantem particulam adſciviſſe, fraudi fuit hoc, quod τῶν παρόντων a nominativo τὰ παρόντα repetiit. ſed debet ab οἱ παρόντες repeti. v. p. 137, 8. Sententia eſt. Athenienſes etiam ſi tum principatum habuiſſent, minorem tamen fuiſſent gratiam laturi, propterea quod exiguae tantum graecorum parti tum praeſenti praefuiſſent, cum tamen ipſi cunctam graeciam a ſervitute liberaſſent, etiam eam, quae tum in caſtris Perſarum contra graecos dimicaret. 18 recte libri quidam τὸν πρόσθεν. ſubauditur enim κίνδυνον aut ἀγῶνα. *penult.* μέσῳ τοῦ τῆς. requiritur τοῦ ob ſequens λείπεσθαι.

137. 1 poſt ἔχειν aut ἡγεμονίαν deeſt παραιτεῖσθαι aut οὐκ ἐθέλειν aut ſimilis infinitivus- *quo de principatu omnes ipſis concedebant eum tenere nolle.* nam alias non congruunt verba verſu 2.

καὶ

καὶ τῷ προῖκα τοὺς ἕλληνας ἐλευθερῶν. 3 hic aliquid turbatum eſſe, prodit librorum diſſenſus. mihi videtur auctor ita reliquiſſe. ἢ μηδενὸς ταῦτα συγχωροῦντος ἅπαντας οἴχεσθαι, τούτους δὲ μόνους καταλειφθέντας [vel ἐν ᾧ, ἦν τούσδε, μόνους καταλειφθέντας] προσιέναι τοῖς βαρβάροις, ἢ δίχα τὰς ψήφους ἐλθεῖν, ἐν ᾧ στασιάζειν καὶ πολεμεῖν πρὸς ἀλλήλους ἦν, οὐκ ἔχοντας ὅπως χρήσονται. [ſubaudi τοῖς παροῦσι πράγμασιν, aut τοῖς πολεμίοις τε καὶ ἑαυτοῖς.] *aut nemine concedente neceſſe erat omnes reliquos diſcedere, diſſipari aut peſſumire.* [nam late patet vis verbi οἴχεσθαι] *hos autem* [ſcil. Athenienſes] *ſolos derelictos accedere barbaris,* [aut, in quo hoc inerat, ut hi ſoli derelicti barbaris accederent.] *aut tandem ſuffragia bifariam ſcindi, in quo haec vis inerat, ut graeci inter ſe diſſiderent et tumultuarentur, neſcientes quid agerent.* nam χρῆσθαι ſic nude hoc ſenſu uſurpari jam ſupra notatum eſt. vid. etiam p. 127, 7. 4 jam porro ſi ais, Athenienſes quidem punctos illis, quos dixi, gloriae ſtimulis eſſe, animi tamen ſui voluntatem intra ſe compreſſiſſe, neque prae ſe tuliſſe principatum graeciae a ſe appeti, ſatendum tibi eſt, eos ſic exemplum continentiae, quae ſumma cogitari poſſit, dediſſe. quod ſi autem a principatus defectu ſibi nihil quidquam exiſtimarent de commodis ſuis deminui, quis eſt tandem ſat dignus, qui cum ipſis comparetur. 9 meliori ordine liber Barocc. verba exhibet. nam ἑκόντας ad πορέυεσθαι, ut ἄκοντας ad ἀπόντας redit. figura

rhetorica, Chiaſmus dicta, locum hic non habet, quia ſenſum orationis eſſet turbatura, praeſentes graecos a ſervitute barbarica liberarunt, liberari volentes; ſed et abſentes, vel invitos, qui caſtra Perſarum ſequerentur. 11 εὐφημίας εἵνεκα] nam ſententia illud δύσφημον poſtulabat. οὐδεὶς τῶν ἑλλήνων περίλοιπος ἦν, *nemo graecorum ſuperſtes fuiſſet, de omnibus fuiſſet actum.* 16 προδιδάσκειν] verbum Noſtro uſitatum. v. c. T. II. p. 189, 14. 226, 7, in quo πρὸ reſpicit ad morem puerorum praecepta magiſtri iisdem verbis iterandi, quo conſtet an ſat recte perceperint, et an memoriae impreſſerint. Sententia eſt; ut magiſtrorum illi, qui, quos pueros ad diſcendum excitare volunt, eos ante alios interrogant. *penult.* παρεῖσαν] *tranſmiſerunt, permiſerunt.* alii dixiſſent παρῆκαν vel παρέηκαν — (in aor. 1.) vel perf. idquod regula grammatica de verbo ἵημι poſtulant. ſed Noſter illam alteram formam (aor. 2.) maluit, eaque crebro utitur. ut p. 364, 6. 528, 14. 529, 4. Tomo II, 157, 15. 243, 12. 246, 8. 337, 11. et alibi. Inſignis eſt locus II. p. 150, 14. ubi pro ſecundo παρ' ἀξίαν eſt in codicibus aliquot Anglicanis παρεῖσαν, quod idem eſt atque συνεχώρησαν.

138. 8 recte codex C. N. vel iterat. 10 ἐκ τούτου] *ab illo inde tempore et propter res illas geſtas.* 15 ἀναλαμβάνειν] *exaggerare ingentem molem.* v. virorum doctorum annotata ad Heſych. v. Ἀνάλημμα. 18 comma poſt

ἐν δε-

ἐν delendum. Pudet pigetque, commiſiſſe Angli ſupinitatemne dicam et ignaviam, an ſtuporem et inſcitiam, ut de virgularum quoque erroribus et de vitiis typographicis ultra fidem crebris in iſta editione, nobis ſit tam ſaepe monendum. *penult.* ἐςὶ] ſubandi λαμβάνειν.

139. 4 punctum poſt τότε promovendum. 15 προβαλέσθαι] *mare velut ſcutum ſibi praetendere.* 16 παρασχόμενοι] hic nominativus natat, nullo nixus fundamento. quare conjicio aliquid excidiſſe. f. deeſt ἐφαίνοντο vel ἑωρῶντο. Pendet pari modo quoque τό τε γνώριμοι.

140. 2 comma ponendum poſt ἀνασκευασάμενοι. *impedimentis itaque deportatis et in tuto collocatis* (v. p. 139, 14.) *continebant graecos apud Salaminem.* 16 recte omittit liber Barocc. καὶ τῆς συμβολῆς. Sapiunt enim haec ſcholium. 18 ὥσπερ ἐν θαλάττῃ *ut in mari* (*et reapſe tum in mari erant*) *videntes unum idemque.* alludit ad proverbium in mari ſemper idem ſpectari, nullam oculis occurere rerum varietatem.

141. 2 mallem φίλων. 17 περιουσίας ab editione Florentina et aliis libris mſtis confirmatum forſitan recte habet, et ſignificat *ſuperbiam, arrogantiam*, τὸ περιουσιότερόν τι νομίζειν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. *Spiritus ultra modum communem ſe attollentes.* praeferrem tamen παρουσίας quod editor vulgatae videtur voluiſſe. Saepe

παρου-

παροινίας; quae propriè inſolentia, petulantia, contumelia temulentorum eſt, cum τρυφῇ conjungitur.

142. 16 diſtingue τίσι δὲ λέγω τοῖς πᾶσιν? reſpondet εἰς — *at illa, quae dico*, πάντα *univerſa quaenam tandem ſunt? Sunt haec nimirum.* — et tum recenſet ea. 17 αὐτὴ *quod ipſa ſola fuit ſumma belli utrique claſſi aut exercitui.* Claſſem vel exercitum utrumque dicit, cum illum quem Datis ad Euboeam et Marathonem adduxit, tum alterum poſteriorem, quem Xerxes ad ipſas Athenas. Hujus utriusque expeditionis extremus finis fuit Athenas ſubigere.

143. 2 φέρεται τὴν τοῦ παντὸς κρίσιν] fert laudem totius negotii a ſe confecti et univerſi diſcriminis in ſuo judicio ad utrumvis exitum verſati. 4 f. τῷ πλείστους τῶν πολεμίων διαφθεῖραι. 5 περιττοῖς] id eſt παρέργοις *acceſſione illa victoriae, quae acceſſio Athenienſibus aliud agentibus in inſula Pſyttalea obtigit.* 6 poſt ἡγεῖσθαι deeſt ἔφασαν aut ἐνόμιζον aut ἡγοῦντο vel ſimile quid. *et eam partem cum imperio eſſe putabant, cum qua parte ipſi* [Athenienſes] *eſſent.* 9 προκρίθη] f. προῄρητο. *decreverat, voluerat.* 10 θανατῶν] *ruens ad mortem* et bellum ita inſtruens, ut qui nonmodo in eo ſe periturum certiſſime ſciret, ſed etiam ut qui mortem appeteret, perire arderet, redire domum metueret; bene gnarus, ſiniſtri eventus culpam ad ſe quoque pertinere. 11 poſt τολμήσας videtur πειρᾶσθαι deeſſe. *decernebat audaci faci-*

nore eandem, quae Perſicis copiis contigiſſet, et ſedem et ſortem mereri. 14 velut periodonicae coronas ſuarum documenta victoriarum alias aliis conferentes, h. e. cumulantes, et tota vita finem non facientes palmas merendi.

144. 1 recte dat liber Barocc. δὲ. 14 aut loco διδόντας leg. eſt δοθέντας, aut pro εἶναι leg. eſt διδόναι. 15 aut μὴ delendum eſt, aut ejus in locum δὴ ſufficiendum, aut tandem ſervato μὴ deeſt aliquid poſt εἴη e. c. τὰ ἔσχατα vel τὰ δεινότατα ἐπαπειλήσαντες.

145. 1 ὀργάνοις] machinis bellicis. 7 comma poſt χρείας promovendum et in fine verſus collocandum. nam χρείας cum σχῆμα cohaeret, atque hic loci neceſſitatem ſignificat, cum carere aliqua re non poſſumus. ὑποπεπτωκότως ἔχειν idem eſt καταπεπτῆχθαι. ἡττημένον, εἴκειν, συγχωρεῖν ὑπὸ δέους. Sententia eſt. dici nequit Athenienſes adverſus Perſae quidem promiſſa animo inimico et obfirmato pertinaciterque adverſo fuiſſe, graecorum autem pollicitationibus, quae quidem cum ſpecie quadam neceſſitatis conjunctae eſſent, conceſſiſſe, iisve audiendis plus temporis tribuiſſe, quam quo eae pronunciarentur. Non enim erant Lacedaemonii Athenienſibus ea promiſſuri, niſi vidiſſent illis ſe ſalvis carere non poſſe, ſed ſalutem ſuam cum ipſorum conjunctam eſſe. Inerat itaque illis promiſſis a neceſſitate metuque expreſſis σχῆμα χρείας ſpecies neceſſitatis, forma indigentiae vel penuriae. Explicat eam

ſen-

ſententiam id, quod ſtatim ſequitur φέβω χρυσοῦς νομίζοντες. 13 recte dant libri quidam manu exarati cum Florentiae excuſo πεφυκότες. nam ea eſt Attica formula, ᾔδεσαν πεφυκότες pro ᾔδεσαν ἑαυτοὺς πεφυκότας, συνῄδεσαν ἑαυτοῖς πεφυκόσι, vel ὅτι ἐπεφύκεισαν. ſic p. 153, 2. eſt ἔγνω ποιῶν idem atque ἔγνω ἑαυτὸν ποιοῦν vel ὅτι ἐποίει. ibidem verſu 4. eſt ἔχων ᾔσθετο pro ὅτι εἶχεν. p. 170, 3. συνειδυῖα ἑαυτῇ κρείττων οὖσα pro ὅτι ἦν κρείττων. et talia infinita occurrunt. v. T. II. p. 196, 1. et 201, 15. Pariter hoc ipſo verſu emendandum αὐτοὶ, pro αὐτοὺς. - 16 f. καὶ μετ' ἀναλωμάτων σώζειν. *penult.* ἐξ ἁπάντων] ſubaudi μόνοις. ex univerſa Graecia ſolis Athenienſibus. aut ἐξ accipi debet pro πρὸ, *prae.*

146. 1 praefero ἑκατέρους codicum mſtor. et edit. Florentinae. *unumquemque horum ad ſe ſeorſim.* 4 ἀπὸ πολλοῦ τοῦ κρείττονος] *quamvis ipſi nos multis modis ſuperarent.* admittebant eos, tametſi longe infra ſe poſitos. 8 δυναμένους] id eſt βουλομένους. *qui jam facilius a ſe impetrabant, ut Athenienſium ducibus parerent. ibid.* ſi Πλαταιᾶσι e Florentino et aliis libris aſſumatur, erit ἐν delendum. 10 τῆς σπουδῆς μὴ ἐφικνουμένη] id eſt μὴ πρέπουσα τῇ νῦν παρούσῃ τοῦ λόγου σπουδῇ. eſſet excurſio ludicra, contentioni et feſtinationi hujus orationis ſeria tractantis parum conveniens. 15 μᾶλλον ἢ verbis tranſpoſitis.

147, 1 πολλοὶ κατ' ὀλίγυς] pauci quidem fugiebant, quoties qui fugerent, ſed illae paucorum ſurtivae diſceſſiones ita erant crebrae, ut eorum, qui ſic abiiſſent, numerus in ſummam collatus ingens eſſet. 4 quicquid dicerent ſuaderentque in laudem gloriamque civitatis; id infra dignitatem ejus exiſtimabant eſſe. 5 ποιῆσαι ὅ τι γε δὴ δοκεῖν. Conſtructio eſt ὅτω πολλῦ ἔδει αὐτοῖς [ſubaudi ὥςε vel τῦ] δοκεῖν ἔχειν ποιῆσαι ἄξιόν τι αὐτῆς ὅ, τι γε δὴ. ſcil. τῦτο εἴη. *tantum aberat ut viderentur ullo quopiam officio dignas civitati grates referre poſſe.* 7 nam coeptis, aut victoriae proſpero curſui tam acriter inſtabant, vel etiam fugientium hoſtium veſtigia tam cupide perſequebantur, ut multo jàm magis extra graeciam, quam antea feciſſent in Graecia, barbaris monſtrarent, quinam eſſent illi, a quibus ipſi tantas in Graecia clades accepiſſent, et e quorum manibus ſi ſalvi ſoſpitesque fuga evaderent, in magna felicitate haberent. Illud τίνας φεύγειν κρίναντες duplicem patitur interpretationem, primam hanc: e quibus cum auffugere judicaſſent, aegerrime abiſſent ſalvi. alteram iſtam: quinam illi eſſent, quos poſteaquam judicaſſent ſuum adventum congreſſumque non toleraturos, nunc ipſi aegre ab iis ſalvi abirent. 8 comma ante ἀγαπητὸν revocandum. ſignificat illud vocabulum, aegre, vix ac ne vix quidem, tanto cum periculo, ut neceſſe haberent ſibi etiam atque etiam gratulari de ſalute fuga quaeſita,

ſita, ejusque rei cauſa gratias diis habere quam maximas. 9 ἐρῶ μὲν] Caput hoc totum ad p. 148, 7. eſt velut terminus in confinio poſitus primae partis cum ſecunda hujus orationis Panathenaicae quarum partium illa primo feſto die eſt dicta, haec ſecundo. 13 τὸ σύμβολον τῶν λόγων eſt titulus, inſcriptio, nomen orationis. Appellatur enim Panathenaica. 14 aut ἡμέρᾳ μιᾷ eſt legendum, aut deeſt aliquid, e. c. ἐν βραχεῖ χρόνῳ.

148. 3 μεμφοίμεθα in optativo. 4 ἐφ' ἡμέραν *in diem, quotidie*. nam ἐφ' ἡμέρᾳ eſt *de die*, cum adhuc dies eſt, aut etiam ſtatim a principio diei. aut alias eſſet ἑκάστῃ addendum. 5 eandem quoque par eſt rationem orationum eſſe, ſed earum maxime, quae his ludis propriae et ex lege vetuſtoque inſtituto conſecratae ſunt. 12 praefero lectionem codicis C. N. 16 ἀποτάγμασι, quod e codice Barocc. profertur, rectum puto, a librariis, qui ejus vim et elegantiam non intelligerent, jugulatum et interceptum. Eſt ἀπόταγμα delectus de praeda, res ἀποτεταγμένη, ſepoſita a reliqua praeda, peculiares ad uſus, ut aut deo conſecretur, aut propria maneat imperatori. 17 κατασκευὴ eſt ſuppellex domeſtica, ad uſum et ornatum comparata.

149. 4 γε] l. τε. 5 transgreſſa eſt veteres terminos tam aliis in rebus omnibus pro magnitudine rerum a ſe geſtarum, quam etiam in ambitu pomoeriorum a ſe amplificato. 7

nentes unumquemque portum classe ſua obſeſſum tantiſper, donec hoſtem illinc ejeciſſent; eo facto portus alios adoriebantur, donec bellum confeciſſent, Perſis ex univerſa Europa expulſis. 12 ἐξήλλοντο. *penult.* ναυτικὰ ἄθρόα integras claſſes iisdem pugnis, quoties cum hoſte mari confligerent, capiebant.

152. 6 προέχοντας *praeſtantes.* 9 ἐπιεικῶς] *ut plurimum, plerumque.* 14 aut τι erit loco ſuo movendum, et poſt τῶν collocandum, ut ſit οἷον τῶν τι ἐξ ὀρανοῦ βελῶν, aut loco τι leg. erit τό. τὸ τῶν βελῶν χρῆμα vel πρᾶγμα eſt idem atque τὰ βέλη. *penult.* quod Perſae voluntate et apparatu ſibi nihil reliquum feciſſent extremorum omnium in Graecos ſuppliciorum.

153. 1 ϑεῖν] ſubaudi ᾤοντο. 8 facile eſſet ὑπεχώρει refingere et ſic orationem praemiſſo ἐποιήσατο accommodare. et haud ſcio an Ariſtides ſic ſcripſerit. hiſtorici tamen in permutandis temporibus ſibi multum indulgent. Ejusmodi eſt p. 155, 16. βοηϑοῦσι poſt κατεγέλασαν, cui ſtatim ſubjicitur ἐφάνησαν. 9 non tam ſenſim et ceſſim, ut navis, quod in proverbio ajunt, remis retrorſum actis, e telorum conjectu ſe recepit. 14 καίτοι τί τὸ ϑαυμαστὸν — *quamquam quare illud mirabile taceo?* quaſi illud, quod *modo dixi, mirabile eſſet.* aut ſervata vulgata pro ſecundo ϑαυμαστὸν leg. erit ἄπιστον *quamquam praeterii aliquid dictu*

mirabile,

mirabile, quaſi dicerem, aliquid incredibile et audientibus aegre perſuadendum.

154. 1 quod nullius pacis caput, ſeu ultimum, eſt praeclarius fine belli illius, quo haec civitas ſuas res geſtas tunc concluſit. quaſi dixiſſet τίνος εἰρήνης κεφάλαιον εἴποι τις ἂν ἐκείνου τοῦ πολέμου, ᾧ κατέκλεισεν ἡ πόλις — omne, illud dicitur κεφάλαιον alicujus rei, quod in eo ſummum eſt, ad quod omnia referuntur; ipſum non refertur alio, cauſſa rei et finis, extremum, ultimum, ut ipſe Noſter p. 156, 16. ὅρον appellat. tam id quod impellit ad agendum, quam cujus adipiſcendi cauſa laboratur. 12 recte dat codex C. N. αὖ. nam αὖθις eſt *iterum*; quod ab h. l. alienum eſt. 14 ἐξήρκεσεν. redit enim ad ἡ πόλις. 15 τοῖς χρόνοις] multis annis et ſaeculis. *penult.* χωρὶς τοῦ τὸ πρὸς — cohaeret τοῦ cum παρέχειν verſu 1. p. 155. τὸ autem cum μερισθῆναι. praeterquam quod curas ſuas ſtudiaque tot in partes velut ſcindere, et quaquaverſum explicare et omnia ſic perfecta et ex animi ſententia conſtituta dare, tanquam ſi unumquodque eorum ſolum ageres, id vero efficit ut cum conſilii judiciique fortitudinem, tum apparatus tantam magnitudinem, quanta reliquis omnibus praeſtet, admirere.

155. 3 ταῦτα] ea puta, quae ſtatim ſubjiciet, victorias terra marique partas. 5 haud aliter res maximas a ſe geſtas numerabat, quam ſi alia numeraret ex eo genere, quae quia vi-

lia ſunt et ubique obvia, ſolent acervatim numerari. Conf. p. 371. *fine.* Codex C. N. dat ἀριθμούμεθα. non male, et eodem ſenſu. *ſolemus numerare*, vel *patimur nobis annumerari.* perinde eſt utram lectionem ſequare. 12 σχολὴ hic eſt otium ab armis et injuriis inferendis, ut ejus contrarium ἔργον notat illationem armorum, aggreſſionem hoſtilem. convertebant otium Athenienſium in negotium ſuum, h. e. Athenienſibus aliud agentibus, animumque alio verſum habentibus, putabant ipſi tempus id eſſe occupandum, quo ad ſuam rem agendam uterentur. *ibid.* τὰ δεύτερα νικᾶν] primarium erat Athenienſibus tum temporis Aeginam expugnare, ſecundarium Megaram tueri et in poteſtate ſua retinere. 13. ἥξειν] ſubaudi πρὸς τὴν βοήθειαν. aliunde eos non poſſe ſuis civibus apud Megaram obſeſſis ſubvenire. *penult.* de προσανῃρήκεσαν quid dicam neſcio. eſt ſane inſolens ita dicere pro προσανῄρηντο, victoriam hanc ſuperiori adjunxiſſe. In poeta non ferrem modo, ſed et ſuſpicerem. miror quoque librarios in verbum tam rarum delatos, et codicum conſtantem in eo conſenſum. *ult.* τὸ δεύτερον] reſpicitne ad partes in fabulis ſcenicis ſecundas. notae ſunt hiſtrionum partes primae, ſecundae, tertiae, τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα, τὰ τρίτα, unde πρωταγωνισταὶ, δευτεραγωνισταὶ, τριταγωνισταί. Ni partes has in animo habuerit auctor, non video quid ſibi velit illud ὥσπερ ἐν δράματι.

156. 1 ἀπῆλθον hic accipio pro ἀπελθόντες ἡσύχαζον. 3 comma revocandum ad προσκαθεῖν. effecit ut ipſimet obſignarent et confirmarent ſuo teſtimonio victoriam Athenienſium. 4 propterea tertium item periculum non fecerunt. 8 ἐπιμαίρων. 9 ἐν φαύλῳ] ſubaudi πόνῳ. nullo negotio, leviſſima opera, alius imperator Athenienſis ex alio vincebat hoſtes. 10 ἐκέκλευσο] ſcil. ab Athenienſibus. 18 ſecundum παρὰ delendum.

157. 1 κατὰ πόδας τῆς μάχης] e veſtigio praelii, ſtatim a pugna commiſſa. 3 aut τοιαύτην leg. aut τὴν δίκην. 5 recte liber Barocc. ὅτων. 13 f. ἔξεστι μὲν λέγειν (hoc eſt, poſſum quidem ea dicere, et habeo in promtu, quae dicam) ἀνάγκη δὲ νῦν γε παραλιπεῖν.

158. ult. οὐκ ἀηδέστερον] non illibentius, non minore cum ſtudio.

159. 2 οὐ παρὰ μικρὸν] tam ſplendidae ſunt illae victoriae, ut non modo non parvum interſit inter eas et clades hoſtium diſcrimen, neque exiguo, ſed magno ſint numero crebriores Athenienſium, quam hoſtium victoriae, ſed potius ſimpliciter ut dici oporteat, Athenienſes illuc navigaſſe ad tollendas velut humi jacentes paratas tollique poſcentes palmas. 4 ἀρετῇ] nobili quodam generoſoque animi excelſioris impetu, non adipiſcendae utilitatis cauſſa. 6 diſtinguo πρὶν ταῦτ' ἐξήκειν, priusquam

quam hae res peractae eſſent, ἑτέρους — alios Lacedaemonios, diverſos iis, quos Athenienſes pridem in inſula Sphacteria ceperant. 8 f. εὐστοχίας. prudentius atque conſultius mihi videtur reique et tempori praeſenti accommodatius, orationi frenum injicere: ſubaudi, quam id non facere. vulgata poſſet ſic defendi ut dicatur εὐτυχία oratoris hic deſignari ea, quum τυγχάνει εὖ τοῦ μέτρου καὶ τοῦ καθήκοντος. 9. ἔργον hic poteſt per appoſitionem et ſuperonarrationem adjunctum, et conſtructio haec eſſe: οὐ γὰρ προειλόμεθα ἀφηγεῖσθαι τὰ τῇ πόλει πεπραγμένα, ἔργον (id eſt ὅ ἐστιν ἔργον) ψιλῆς συγγραφῆς. vel etiam ſic planius et facilius poteſt conſtrui οὐ προειλόμεθα ποιεῖν ἔργον ψιλῆς συγγραφῆς, ὅ ἐστιν ἀφηγεῖσθαι. Parum refert. 13 rectius dant qui παραλείπωμεν dant codices. rectius item Baroccianus verſu 15. πολέμους. id enim poſtulat ſequens τοὺς δ' ἐς τὴν ὑπερορίαν ἐκπλεῦσαι. ibi enim quum ſignificetur Athenienſium in Siciliam invaſio, abſurdum eſſet eos πολεμίους appellari. Dicitur autem πόλεμος ἐκπλεῖν εἰς τὴν ὑπερορίαν, quum civitas aliqua miſſa claſſe civitatem aliam ultra mare ſitam infeſtis armis aggreditur. pari modo dicitur e contrario πόλεμος ἐκ τῆς ὑπερορίας εἰσπλεῖν cum exteri per mare advecti civitatem aliquam belli malis implicant. 15 mallem κατὰ συμφορὰν *in cladem noſtram.* 16 poſt πόλεως aut poſt λέγειν deeſſe videtur ἀποδειξαμένους et παρεσχημένους. qui dicere habeat alios huic civitati paria prae-

ſtitiſſe,

ſtitiſſe, paria virtutis et potentiae exempla de ſe dediſſe. *antepen.* probum videri poſſet, quod e codice C. N. profertur ἐπετέθησαν, idemque valere atque ἐπετέθειντο *aggreſſi ſunt*, niſi additum ἐπὶ τὺς ἕλληνας efficeret ut vitii ſuſpectum hunc locum haberem. nam ἐπιτίθεσθαί τινι dicitur, non ἐπί τινα. quare aut plane omittendum eſt hoc verbum et e proximo διέβαινον ſubaudiendum, aut commutandum eſt cum ἐπῄεσαν. *invaſerant, adorti erant.*

160. 3 ἴσυς. 4 f. τεχνιτῶν. quamquam artifices quoque nomine artium comprehenſi eſſe poſſunt. 8 ἢ] ſubaudi ὡς vel ὥστε. 12 ἐκείνυς πολιορκεῖν. 14 recte abeſt γάρ ab editione Stephani, nam verba ἐ γὰρ ἂν σιωπήσομαι ad τὴν πόλιν interjecta ſunt et uncis includenda. *penult.* recte dat liber Barocc. νήσων, eique ſimiliter ἠπείρων accommodandum. ora enim non ſolum Ionio mari aſſita, ſed etiam Aſiatica et Thracica ab Athenienſibus deſiciebat.

161. 3 recte abeſt καὶ a codice Barocc. 7 f. τῶν πολεμίων, aut αὐτῶν τῶν πολεμίων. quod ſequitur τινῶν poteſt tam ad homines, quam ad res referri. *civium quorundam animis a rep. averſis.* aut *rerum domeſticarum quibusdam paſſis aliquam mutationem.* 9 eandem hi ipſi quoque in fortunam incidiſſent, ſed alia quapiam, atque illi, ratione. 11 καὶ] l. δὲ. 12 tanquam ſi, quoties in mari cum claſſibus hoſtilibus identidem occurrentibus dimicarent, toties

ſcil. *τι πρὸς ταῦτα*, iis quod opponant, non habent caeteri omnino omnes. *pen.* f. *εἶκον* *cedebant.* ſi vulgata ſervatur, ſubaudiri debet e proximo *δεδεγμένοι εἰσί.* *ult.* *ἢ παρὰ μικρὸν*] non exili neque obſcuro diſcrimine victoriae partae et amiſſae.

164. 1 *αὐτή*. *ipſa ſola.* et ſic quoque verſ. 2. 5. 7. et antepen. eſt emendandum. 5 *ἴσα καὶ ἀήττητος* idem eſt atque *ὡσπερεὶ ἀήττητος*. propemodum invicta. quamquam eam negari nequit aliquando victam eſſe, idem tamen eſt propemodum atque ſi victa nunquam eſſet. 7 ſtatim ab illis magnis et praeclaris rebus geſtis, quas adverſus hoſtes ſingulos geſſit, eorum quoque voluntates ſuam in poteſtatem redegit. 8 recte dat editio Stephani *Ξέρξῃ* in dativo. efficiens ut eſſet Xerxi in parte voti, h. e. loco voti, ſeu coacto Xerxe tam trepide fugere; ut nihil haberet in votis, quod a diis ſtudioſius efflagitaret, quam ſalutem ex illo fugae diſcrimine. 9 *ἀνακλίνειν* eſt aliquem gradu vel ſtatu evertere, reſupinatum extendere, ſternere. 12 *τελευτὴ* in nominativo. contingebat ipſis velut mors unius viri. omnes fuſi et internecione deleti ſunt, abſciſſa omni ſpe reſurgendi aut ad vitam redeundi, tanquam ſi non plures, ſed unus ſingularis homo cecidiſſet, qui cum exſpiravit, ex eo loco, quo concidit, nunquam poſtea reſurgit. Dictio haec, proverbiale quid reſonans, qua interitus univerſus, ſublata ſpe omni

ſeſe

ſeſe recipiendi, ſignificatur, e Demoſthene, ni fallor, petita ſaepius a Noſtro uſurpata conſpicitur, ut 264, 11. v. Interpretes ad illud Flori in praefatione, *ſi quis ergo populum Rom. quaſi hominem conſideret*, cum reliquis.

165. 4 μηδέν τι πρὸς πλείους] nimis hoc quidem ultra modum. modeſtius, ad eundem tamen ſenſum, quod verſu 17. ait, qui locus hujus interpres eſt. explicatius dixiſſet ſic. πολέμιοι γενομένῳ πρὸς τυράννους οὐδέν τι πλείους, ἢ αὐτοὶ ἦσαν οἱ πολεμοῦντες. ibid. μετ' ἐκείνους] quadringentos puta tyrannos. ſignificat XXX. tyrannos inſurrexiſſe poſt alios CCCC. 12 adeo ut ad dijudicandum ſit difficile, utrum ſit inimicorum urbi adverſantiumque, ſeditionem cum diris imprecari, an bene ipſi volentium atque ſtudentium, ſeditionem cum bonis votis ei optare, eam quidem, quae tam feliciter eſſet compoſita.

166. 16 poſt πρεσβυτέρους aliquid excidit. Donec certior medela e libris integrioribus corrupto loco afferatur, tentabo lacunam interea ſic explere. οὐ δῆτα οὐδὲ τὸ τοὺς ἄλλοθεν ἥκοντας; καὶ πολλῷ νεωτέρους πρὸς αὐτόχθονας καὶ πρεσβυτέρους ξενηλατεῖν, δέχεσθαι τῆς πόλεως ἑτέροις καταδειξάσης, οὐδὲ τοῦ μηδενὸς ἄλλου φαίνεσθαι, πλὴν τῶν εἰς τὸν πόλεμον — neque igitur mos Lacedaemoniorum peregrinos urbe ſua excludendi, praeſertim ſi ipſi, qui ſint multo recentioris originis et aliunde in illud ſolum, quod nunc tenent a ſe occupatum, immigrarint,

rint, conferantur cum Athenienſibus et vetuſtioribus et aboriginibus, cum haec civitas exemplum caeteris dederit advenas hoſpitio excipiendi: neque ſtudium unius artis militaris exercitatione inclareſcendi, cum haec civitas aliis omnibus artibus magis, quam iſtac, excelluerit: non haec igitur ſola hujus civitatis demonſtrant prae Spartana excellentiam. *penult.* praefero μόνων e libro Barocc.

167. 3 κατὰ τὸν λόγον] prout quodque oratione tractandum occurrit. 6 ὑμῶν an ἡμῶν legatur, perinde eſt. Ariſtides enim hac oratione modo alloquitur Athenienſes ut alienus, modo ſeſe ipſis agglutinat, et turbae civium immiſcet. Dicerem Ariſtidem civitate ab Athenienſibus donatum eſſe, niſi ſcirem eum Romanum civem fuiſſe; quae civitas communionem alius cujuſcunque civitatis non patiebatur. 12 πω τότε quod tum temporis nondum haberent neque claſſem neque moenia. nam paulo poſt iſta utraque recuperabant. μὴ ex μήτε cum hoc πω eſt jungendum et idem eſt ſic dictum, atque ſi dixiſſet μήτε τότε πω ἔχειν τεῖχος, vel καὶ τεῖχος μήπω τότε ἔχειν.

168. 3 perinde eſt cum vulgaribus libris τὸ legas, an cum codice C. N. τόν. in illa lectione πολεμεῖν ſubauditur, in hac πόλεμον. ſe bellum gerere antiſtitum, h. e. ita ut ſolent tutores imbecillium. 4 mallem εἶχ' αὐτοῖς, et, 11. αὐτοί. *ipſi confitentur.* 6 περὶ ὧν] ſcil.

πραγ-

πραγμάτων, *quibus de rebus*, alias deberet περὶ ὧν dixiſſe, ſi ad εἰρήνην reſpexiſſet, relatamque voluiſſet orationem. Poſſet quoque περὶ plane abeſſe, et ὧν ſive pro maſculino accipi, redeunte ad Lacedaemonios, ſive pro neutro — *quarum rerum nihil.* 17 μαρτυρεῖται] *laudem et commendationem fert* ab omnibus tribus temporibus. de ſignificatione commendationis, laudationis, praedicationis, quae verbo μαρτυρεῖν ineſt, egi ad Dionem Chryſoſtomum. *penult.* ὁ πολὺς δρόμος] *ingens illud curriculum* vel *longum ſtadium.* nam una die Cimo duas nobiles victorias, navalem unam ad Cyprum, alteram ad Eurymedontem in Pamphylia pepererat. quam continentem illamque inſulam magna maris ſpatia intercedunt. δρόμος hic non eſt curſus, vel curſio, τὸ τρέχειν, ſed curriculum, ſtadium, campus, aequor, in quo decurritur.

169. 1 recte dat codex Barocc. γε. 4 ἐλᾷς. id eſt Attice idem atque ἐλάσεις. nihilo magis ideo accedes ad mare. de re v. Weſſeling. ad Diodor. Sic. I. 481, 28. 5 audies de Graecis in ditione tua degentibus eodem prorſus modo, atque de illis, qui graeciam incolunt. h. e. quod ipſis imperes nihil habebis, ſed tantum de rebus eorum tenebis, quantum ad te fama perferet. erunt graeci tui ſoli incolae tibi prorſus peregrini. 7 aut κἀκείνῳ leg. et tum προσέθηκεν cum eo conſtruendum, προσέθηκεν ἐκείνῳ ποιεῖν — καὶ ὁρίζειν: aut ſer-

vaſo κἀκεῖνον, in quo ſubaudiendum erit τοὺς αὐτοὺς ἕλληνας *et illum in eosdem graecos ſtatuere quidquid velit*, deinde leg. καὶ αὐτῷ τὸ τοῖς ἄλλοις. 9 καταλύσεις] ſubaudi σκοπῶμεν. ſed ante πρὸς videtur τῆς πόλεως deeſſe. ſcil. ἔθη καὶ πράγματα, vel δείγματα τῆς ἀρετῆς. 12 κλαπέντας] quos repentina et furtiva impreſſione obrutos interceperant, non autem omnes audet Lacedaemonios accuſare, ſed eos ſolos, qui tum in Helleſponto fuiſſent; tanquam ſi victoriae tam callide et furtive ſurreptae, aut atrocitatis in miſeris Athenienſibus captis demonſtratae ignominia ad caeteros pariter non pertineret. *ult.* ἔχονται τῆς τύχης] illi mordicus inhaerent victoriae ſuae, metu ne ſemel dimiſſa non redeat.

170. 2 προσιθέντες idem eſt atque πρόσω vel ἔμπροσθεν τιθέντες. prodentes, ſpectandam et deridendam dantes. 13 διοικήσαντα] rationes tributorum diſpenſantem, deſcribentem cuique reip. quantum pro parte ſua conferre deberet. *ibid.* f. παρ' αὐτῶν τῶν ἑλλήνων. 14 verba ἣν δὲ ἐκείνου τότε ἡ πόλις ἐκτήσατο videntur adventicia eſſe. non enim memini Athenas unquam eſſe τὰς δικαίας appellatas. omiſſis illis verbis exſiſtit haec ſententia: ad hunc hominem indicandum ſufficere vel ſolum ejus cognomen. Iuſtum qui nominarit, eum nil opus habere ut Ariſtidae nomen adjungat. Cognomen in hoc viro locum nominis obtinere et explere. Vulgatam vero ſi ſervas, erit

haec

haec ſententia: nihil excogitari poteſt magnificentius illo cognomine, quod ille ſuae civitati acquiſivit. *penult.* ἐκ νέας ἀληθῶς, καὶ οὕτως γ' ἂν εἴη et ne vel ſic quidem ille quamvis parvus annorum numerus confici poſſet, niſi —

171. 5 ἀξιοῖ] quapropter ſi qui ſit qui diſputationem hanc a nobis omittendam fuiſſe putet, ille ſciat nos ideo eam interpoſuiſſe, ut ſtudium illorum hominum vanum eſſe appareret et ut ab eo alii ſibi temperarent. 10 ſ. φαίνεται καὶ κρύπτεται, ὡς δ' αὔτως καὶ Λακεδαιμόνιοι. 11 recte abeſt ab edit Steph. οἱ et τῆς. 12 poſt πρωμήνιον δὲ figendum punctum, nam haec duo verba plenam et perfectam efficiunt ſententiam.

172. 7 recte dat codex C. N. τοῦτον δ' αὐτοῖς. *penult.* τὴν πρᾶξιν] id eſt τὴν κάθοδον τῶν φυγάδων εἰς Θήβας. graeci appellant πρᾶξιν (ut noſtrates *Practiken*) omnem clandeſtinam et callidam machinationem atque molitionem. πράττεσθαι eſt aſtute et tecte aliquid agere, parare, moliri, machinari.

173. 3 προτέραν ἔξοδον] videtur illam expeditionem ſignificare, cum Athenienſes duce Theſeo Thebanos cogebant corpora ſeptem illorum ducum et reliquorum, qui cum illis ad Thebas ceciderant, ſepelire. 8 μᾶλλον delendum. 17 poſt συγγραφῇ ponendum eſt comma, nam τῶν αὐτῶν χρόνων pertinet non ad συγγραφῇ, ſed ad παντοδαπά, et ſic quoque vertit Canterus.

174. 2 aut deeſt aliquis infinitivus poſt θελοντας, e. c. επιλαθέσθαι τῆς ἔχθρας, ut p. 179, 16. aut ἂν επεγχειρεκαῖτ vel ᾶ μελλῆσαι: aut eſt anacoluthon, h. e. turbata nec ſibi omni ex parte congruens oratio. pendet enim τὰ verſu penultimo paginae ſuperioris. notabile mihi quoque videtur θέλοντας compoſitum cum τὴν πόλιν, in quo non genus vocabuli, neque numerum, ſed vim et ſignificationem ſpectavit auctor, et orationem accommodavit πρὸς τὸ σημαινόμενον. ibid. κατ' ἀρχὰς εὐθὺς] i. e. ſtatim ab accepta apud Leuctra clade Lacedaemoniorum in ipſo principio ſocietatis Athenienſium cum Lacedaemoniis ab illa ſiniſtra pugna initae. 12 in latinis ſervari debet vocab. *Perioeci*. eſt enim populi nomen proprium cum Spartanis foederati, aut iis parentis potius. 18 τῶν κατὰ τῆς πεπραγμένων τῇ πόλει. unumne hoc ſolum tenent eorum omnium, quae civitas ſua ſponte et animi ſui ſententia indoleque naturali, quam nulla res adventicia intransverſum ageret, peregit.

175. 8 εἶδεν in indicativo. 13 τότ' ἂν ἐᾶν αὐτοὶ — hoc non eſt urbem defendere, ſed crimen fateri, quo veniam faciliorem inveniat. 15 recte dat editio Stephani ἔχω εἰπεῖν. ibid. leg. eſt χαριέντες. 16 qui enim fieri ut affirmet aliquis non omnino prave, ſed utcunque recte hos homines de rebus judicare? aut qui fieri ut eos ajat oportere diſputare his de

de rebus, vel, ut eos dicat ad diſputationem his de rebus admittendos eſſe.

176. 3 ὑπὸ σοφίας. 9 τὸ τῆς πλεονεξίας γιγνόμενον eſt exercitium potentiae editioris atque praevalentis, neceſſarium, inevitabile, quod ipſa poteſtas ſecum affert et ex ſe gignit. 10 apparebit praeclariora populi Athenienſis conſilia et inſtituta quaſi unius viri eſſe, ejusque, qui ſit animi praeditus indole omnium optima. v. p. 164, 12. 13 recte dat editio Stephani δεδωκὸς, in neutro. ſubauditur ἑαυτό. quod in verbis ἐμπλέκειν, ἀφιέναι, ſimilibus non raro omittitur. *propter humanitatem ſuam ultro dimiſit id, quod ipſi ſeſe dediderat, et obtulerat.* 14 σχεδὸν αὐτὸς αὑτῷ. 16 καταχῶν.

177. 4 recte codd. mſti et edit. Florent. dant ἐβουλεύσαντο. redit enim ad πόλις, non ad Ἀθηναίων. cujus enim civitatis conſilia et decreta tam humana et benigna ſunt, ut poſterius de Mitylenaeis decretum Athenienſium vincant. *ibid.* καὶ] ſubaudi δίκης poenae, vindicta. nam integre ſic fuiſſet dicturus τῆς χείρονος ἦν ἔργον καὶ κοινωνοὶ ὧν ἡμάρτανε. 6 οἱ σεμνοὶ] eſt cavillatio. illi ſupercilioſi et moroſi. miror, ait, qui fiat ut privatos quidem et ſingulares homines nemo non abſolvat, putetque eos ſatis pro ſe dixiſſe ſi factis ipſis adſperſam ſibi criminationem diluerint: civitatis autem delictis graves illi ſapientesque viri, ſi dis placet, veniam nullam dent, neque ſecum reputent, quibus quantisque benefactis culpam obliterarint.

10 οὐκ οἶμαί γε] ſubaudi τοῦτο δεῖν, vel τοῦτο δίκαιον. ſed malim exiſtimare poſt οἶμαί γε excidiſſe ἐν δίκῃ. 14 praefero τηλικαῦτα e codice Barocc.

178. 14. f. ἐπεὶ δὲ ἐνέκλινεν αὐτοῖς τὰ πράγματα. penult. comma a διελέσθαι adfixum promovendum, ſi diviſione in genera utendum ſit.

179. 4 ἀπεμνημόνευσεν 6 ὅτε uno voc. quando. 10 haec ſic breviter enunciata latius in hunc modum explicantur. τῆς Ἀθηναίων πόλεως μόνης εἰκόνα προσήκει ποιήσασθαι, καὶ ταύτην τὴν εἰκόνα τιμᾶν. antehac: praefero ἐκείνῃ e cod. Barocc.

180. 6 item ex eodem προσεῖπον et ἀνθάπτεσθαι verſu penult. 13 καὶ συνεχῶς.

181. 16 ἑτέραν κομίζων γλῶτταν] aliam afferens linguam. Cogitaram aliquando ἑτέραν νομίζων γλῶτταν, aliam uſurpans linguam, ſed ex p. 185, 3, apparet vulgatam bene habere. 17 σεμνότητος] ſignificat tragoediam, ut comoediam v. χαρίτων verſu 18.

182. 9 αἱ ἐς τὸ μέσον εἰσφοραὶ ἱεραί] ſunt eloquentia ſapientibus conſiliis et prudentia inſtructa, eaque in commune proferens, et velut ſymbolam in commune reip. conferens.

183. 1 εὐθὺς delend. ut male iteratum. 5 πραγματεύεται] negotia grandia, ut bella, gerit, aut aliis leges fert. 8 ὧν δὲ μόνων] ſignificat Pellam et Aegas, et Alexandriam et Antiochiam Syriae, ubi reges Lagidae et Seleucidae ſuas ſedes habebant. v. verſu 13. p. 11.

civitas

civitas haec tunc (aetate Macedonica, duobus fere ſaeculis a Philippo M. inde) neque tam ipſis inferior fuit (illis tum florentibus urbibus, Pella, Aegis, Dio, Lyſimachia, Antiochia, Alexandria) neque tanto temporis ſpatio, quam nunc et illis ipſis urbibus honore praefertur et aliis omnibus, et quantum eſt illud tempus, ex quo perpetuo ad hunc usque diem ſummo in honore fuit. 14. Ἀθηναίοις non improbo, cum tamen in codice C. N. ſit Ἀθηναίων, conjicio Ariſtidem dediſſe Ἀθηναίῳ, ſic p. 187, 2. etiam ubi recte vulgati libri Ἀθηνῶν, idem codex C. N. dat Ἀθηναίων. conf. ad p. 196, 6. et ad p. 210, 10. Conſtructio eſt οὐδείς ἐστιν Ἑλλήνων ὅστις οὐκ ἂν εὔξαιτο Ἀθηναίων πολίτης μᾶλλον γεγενῆσθαι, ἢ τῆς ὑπαρχούσης [ſcil. αὐτῷ ἑκάστῳ] πόλεως. 19. non autem ſolummodo ſingulares privati homines veſtram civitatem aliis ita praeferunt, ut ad eam malint, quam ad ullam aliam, referri. v. p. 197, 6. 17 recte codex Baroccianus ὑμῶν. libentius dicant ſe a vobis oriundos eſſe, quam poteſtatem veſtrae parem oblatam accipiant. aliae autem civitates velut in orbem obeuntes undecunque prætextum quærunt, per quem generis ſibi nobiscum communionem arrogent, quaerunt quaſi rimam per quam in veſtrum genus irrepant. *penult.* δευτέρας] Medicum ſignificat imperium ut, quod tertium appellat, id eſt Perſicum, et quartum Macedonicum, quo etiam regnum τῶν διαδόχων continetur. *ult.* ἐνίκησε] non

obtinuit, ſed *vicit.* victi enim Perſae fuerunt ab Athenienſibus. *ibid.* meliore forte, quam aliae graecae urbes, uſa eſt, minus damnis conflictata, majore cum gloria e rebus exceſſit. v. verſu 9.

184. 4 poſt σαφῶς aut deeſt aut ſubaudiri ſaltim debet εἰπεῖν. 5 τῷ λόγῳ] *per fictionem.* 6 ȣ̓] l. ȣ̓τω, ſic enim facile inveniat praeſtantem vel antecellentem v. verſu 12. 8 recte dat ed. Steph. μεταδȣ̃ναι. 13 quae enim gloriae argumenta toti graeciae ſuffectura eſſent, ſi ſingulae urbes ſingula ſibi ſumerent. 14 ut enim univerſe tantum reliquis praeſtat haec civitas, ita in ſingulis quibusque laudum partibus multa ſunt; de quibus exſultet, vel ſuperbiat, ad idem caput redeuntia. Eſt autem illud caput praeſtantia prae caeteris urbibus, τὸ νικᾷν. 17 praefero lectionem codicis C. N. περὶ αὐτῆς σπȣδή. ne voc. θεὸς toties iteretur. *ult.* τῶν διαφόρων. nam eſt a nominativo τὰ διάφορα. *res controverſae.*

185. 3 καὶ τȣ́των, et ex horum quidem numero rurſus non ſolummodo munera vitis, ſed etiam aliarum rerum vitae jucundarum et expetitarum. ſignificat ludos ſcenicos et orgia bacchica, vel etiam aliarum arborum et germinum cultura mitigatorum munera, ut potus e pomis, ficubus, et aliis hortorum proventibus, quorum culturam Bacchus inveniſſe dicitur. 4 διπλῆν] oleam et navem. vel etiam lanificium et textrinam. 15 aut reliquam

liquam ſermonis ſoluti facultatem, ſive conſignandis ea rerum geſtarum memoriis, ſive diſputationibus alius generis accommodetur. 16 τῆς πρώτης] l. τὰ πρωτεῖα aut τὸ πρωτεῖον. *primae partes ſemper urbis erant.*

186. 1 rurſus in bella abeunt et redundant, tam propria civitatis bona, quam beneficia ab ea in alios collata. 4 probo μὴ μέγιστον ex edit. Stephani. *quae una res ab Athenienſibus mari geſta non eſt maxima?* et verſu 5. οἷς εἰ μὴ e codice C. N. quod etiam Canterus in latinis expreſſit. malim quoque ταύτῃ cum codice Barocc. omitti, aut ejus loco τὰ νῦν legi. 6 recte a libris abeſt ὧν. 9 cuinam ergo parti primas deferemus? multitudinine trophaeorum, an magnitudini rerum geſtarum. 10 ὅτω καὶ διὰ πάντων. e variis lectionibus colligo Jebbum διὰ voluiſſe addere, quod in ed. Steph. deſideratur. *antepen.* praefero lectionem libri Barocc. ταῦτα, quam latina quoque Canteri exprimunt; item verſu ultimo lectionem e codice C. N. prolatam.

187. 3 poſt Σικελίας figo punctum perfectum et ſubaudio ἐστὶ. εἶεν ſingularem perfectam ſententiam efficit. *eſto*, h. e. bene, ſatis hac de re, vel, ut Cicero ait, *haec hactenus.* 8 δρόμους. ſtadia, gymnaſia, palaeſtras. v. p. 188, 2. 9 recte dat codex C. N. λαμπρότερον. 10 δὴ] l. δὲ. 11 ἀνήρ τε οὗτος ἐξαίρετος ſubaudi ἐστὶ. quae in variis lectionibus ad h. l. e libro Barocc. afferuntur, ea ſunt ſcho-

lium.

lium. 13 recte dant libri plurimi αὔρας. nam ὥρας locum ob ſequens πανταχοῦ tueri nequit. illa gratia, quae venientem in ſolum Atticum et in eo verſantem undique circumfluit, et afflat, et ad ſenſus ejus appellit tanquam aura quaedam jucunda et fragrans. 14 aliarum urbium aër, quocunque tandem ſub coeli cardine ſunt poſitae, deterior plerumque ſolet eſſe, quam aër agri cujusque ſui. 18 αὐτῆς] ἢ αὐ τῆς vocabulis diviſis. genuſt. ſimulacra, ut omittam illa coelo delapſa, ſed primum obtinentia locum in his, quae ab hominum manibus arte ſumma ſunt elaborata. ult. φανερὰ, quod etiam Jebb annotavit. 188 καὶ οἷα δὴ τοῦ τῆς π. et, (qualia nimirum ſunt ea, quae agendi libertatem et vitae rationem, qua nunc utimur, decent) adſciſco quoque τε ad ἐξηγείας e codice Batoc. 5 diſtinguo et lego ſic: ἐφ' αὑταῖς, ἐξαρκεῖν αὐτῇ τοῖς — adeo ut, ſi civitatem hanc ex eo loco ſpectet, e quo ſpectari et ſolent et volunt urbes hodie de ſe magnifice exiſtimantes; (vel, ſi civitatem hanc eodem judicet modo, quo eas ſolemus, quae nunc maxime ſeſe efferunt) ſufficiat ipſi, quod iis vincat vel ſolis, quae in ea oculis cernuntur. 18 ἐν φιλοτιμίᾳ ut vulgatum eſt, an cum ed. Stephani εἰς φιλοτιμίαν legatur, perinde eſt. ſed punctum verſu 17. commate, et δεύτερα, neutrum plurale, cum δευτέρα, nominativo ſingulari foem. gen. eſt mutandum. atqui etiam Athenienſium civitas

quam-

quamquam ſecunda, (καἰτοιγε δευτέρα) deſcendit cum illis Lacedaemoniis in hujus bellicae laudis contentionem. ult. τὴν δωρεὰν] ultem, apud Icarium, de quo ſupra dixit.

189. 1 F. ῥώμης, ἧς ἅπαντες μεμνήνται, ταύτης — 5 omnia illa certamina cogit, h. e. conciliat, ut coeant et perficiantur, efficit, vel, continet, complectitur urbis hujus munus, illud puta, quod Urbs a Minerva nacta aliis reddidit. oleum vult, absque quo palaeſtra nulla; nulli ludi gymnici. 9 τί ſervo, ſed εἶποι e libro Barocc. aſſumo. quid aliud ſignificent quam hoc: ea omnia a diis profecta eſſe, volentibus — 12 recte abeſt παρὰ ab edit. Steph. 15 et in his primum tenere locum fama fert ſimulacrum illud, veſtra quod in arce dedicatum ſpectatur et colitur. ſignificat Minervam Phidiae illam celeberrimam, cujus Cicero non uno loco meminit, unde natum proverbium *in arce dedicare.* Non neſcio arcem Athenienſem olim proprio nomine τὴν πόλιν eſſe appellatam, ſed ille mos dudum ante Ariſtidem deſierat, qui cum ubique per hanc orationem τῆς πόλεως nomine urbem Athenienſem univerſam appellet, malim hic ἐν τῇ ἀκροπόλει legi, diſtinctionis ergo.

190. 1 κοινοῖς recte eſt in cod. Barocc. opponuntur τὰ κοινὰ vulgaria, communia, τοῖς ἄκροις, ſummis, praeſtantibus, excellentibus, ad quae paucis pervenire datum eſt. 11 τιμῶντες ἐδείξατε eſt Atticiſmus, pro ἐδείξατε ὅτι

τιμᾶτε

τιμᾶτε ἢ τιμᾷν εἰώθατε. oſtendiſtis vos utrumque dignis modis honorare ſolere. v. ad p. 144. ſaepe in hac formula reddenda peccarunt interpretes. 13 recte dat liber Barocc. Ἀρθμίου. v. finem orationis Aeſchinis contra Cteſiphontem. Pariter in hoc nomine peccatum eſt T. II. p. 218, 1. et 303, 6.

191. 10 recte abeſt κατὰ a codice C. N. e variis lectionibus colligitur aeſtuatum a librariis hic fuiſſe, et vitii aliquid adhaeſiſſe libro primigenio, unde caeteri manarunt. Ego equidem nihil hic deſiderabo, ſi κατὰ expungatur et ὁρίζουσιν legatur, loco ἐρίζουσιν. omnes definiunt, h. e. deſtricte, diſerte, abrupte, praeciſe pronunciant, eos, quos nunc agamus, ludos multitudine coëuntium ad eos celebrandos vincere. 12 τούτοις. illis, eorum in gratiam, ſacra haec apparaſſe. 18 οὐδ' οὕτω λέγοντες οὐδὲν, οὐδὲ — quamvis ne vel ſic quidem aliquid dicant, neque quod ad ſe pertineat. poteſt quoque lectio edit. Steph. οὐδὲν κοινὸν revocari. *penult.* τῶν πλουσίων ita ſitum eſt in bivio, ut tam ad ἑνὸς, quam ad ἑαυτοὺς referri debeat. ſi ad unum ſit referendum, potius ad ἑαυτοῦ referetur. per unum hominem faciunt ſe de divitibus, h. e. ingerunt ſe in numerum divitum.

192. 14 τῆς γῆς leg. e cod. C. N. aliud eſt ἀπὸ τῆς γῆς φῦναι a terra prognatum eſſe, et ἐν γῇ in terra natum. 15 διὰ hic accipi debet pro πρὸ, ante omnes, prae omnibus. qua

de

de ſignificatione hujus praepoſitionis egi ad Dionem Chryſoſtomum. ſententia igitur erit haec. quem e terra natum hominem in ſui ſimilibus optimum poeta appellet, eum inter omnes ſuper terrae ſolo natos optimum appellari ab eodem poeta. Diſputat auctor ſic. In hominibus reliquis praeſtant aborigines, ſeu e terra nati. Hi ſunt Athenienſes. ſed Athenienſium principem virum appellat Homerus Menestheum. Ergo Menestheus omnibus hominibus antecelluit.

193. 13 κοινότητα] civilitatem, comitatem erga plebejos in nulla re aliquid eximium affectantem. *antepen.* aut τῷ del. aut cum τὸ mutandum. *penult.* κατὰ πολιτείαν ἑκάϛην. ut etiam dat codex Barocc. et ed. Flor.

194. 5 recte μὲν addit liber C. N. ſed et ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν πολλῶν leg. *antepen.* ȣ̓δὲ] ſubaudi ȣ̓τῶ ποιȣ̃σα.

195. 7 καὶ δὴ προκατείληπται. ideſt καὶ ἤδη πρ. 9 cum enim in hac rep. concurrat id, quod optimum eſt, cum eo, quod quemque juvat. obſcurius ita dictum hanc reddit ſententiam. In hac rep. poteſt vivendi ſuam ſibi quisque deligere rationem, ſive eam praeferat, quae eſt optima, cum qua conjuncti ſunt honores et potentia in rep. adminiſtranda, ſive eam, a qua nulla obſtringitur neceſſitate publici gerendi muneris, h. e. privatam. τὸ βέλτιϛον idem eſt atque αἱ τιμαὶ καὶ ἡ ἰσχὺς. 11 τὸ κατ᾽ ἐξȣσίαν autem idem eſt atque ἡ ῥᾳϛώνη καὶ

τὸ

ἐξεῖναι ὡς ἄν τις βούληται. 13 f. καὶ ταῖς ἄλλαις ἐγχειρίαις et ſtatim ἔτ' ἄρ' ἐξ ἡμ.

196. 2. recte dant libri mſti et editio Florent. αὐτὸς. *idem populus.* quis unus et idem populus alias acrior et vehementior, alias mitior et commodior. ſubaudi, quam hic. 6 Ἀθηνῶν. v. ad p. 183, 14. dicta. 7 non poſſunt ex animio urbis imaginem expellere, quam in literis, velut in ſpeculo, cernunt expreſſam. 9 f. εἰς μικρά. 11 καὶ tertium, ſeu illud, quod vicinum eſt praepoſitioni διὰ, videtur delendum eſſe. 12 maallem τῇ προηρoσίᾳ. ſubaudi Δήμητρι. legi hoc oraculum, ſi bene memini, apud Demoſthenem. ſed locus non ſuccurrit. ſervata vulgata, erit θυσίαν ſubaudiendum. Poteſt quoque τὰ προηρόσια legi, ſcil. ἱερά. ſed malo quod ſupra poſui. 15 τἀναντιώτατα. 16 εἴρηται ὑπὲρ (vel περὶ) ταύτης. 17 ἠγάμην] libenter et cum gaudio ſolebam audire eique ut laudi magnae acquieſcere, ſi quis Athenas appellaret — *ult.* recte dat ed. Florent. et codex Coll. N. δοκεῖ.

197. 6 πρεσβεύῃ] ſi quis ipſorum arcem reliquis urbis ornamentis oratione praeferat et principe in loco ponat. v. ad p. 183, 15. 7 καὶ poſtremum delendum, ut Jebb quoque vidit; aut, ſi retinetur, leg. erit καὶ αὐτοὺς μετέχειν. 9 χάριν] ſubaudi αὐτῷ, ἐςὶ at ei gratiam et placendi fortunam dare, id eſt ejus deae.

AD

AD ORATIONEM IN ROMAM.

2 χρυσόκερως λιβανωτὸς] mirificum vocabulum thuri attributum, in quo non nihil haereo. Ideone thus appellavit *auricornum*, quod, cum ſit ad cornu inſtar raſile, et pellucidum, aurum colore imitatur. 3 ἡ ὁδὸς eſt iter terreſtre, ὁ πλοῦς navigatio. 4 τὴν τέχνην] artem ita a graecis et latinis per excellentiam dictam, rhetoricam puta. *ibid.* ἐν τῷ μέσῳ] id eſt ἐν κοινῷ τόπῳ, ἐν δημοσίῳ ἀκροατηρίῳ. 6 καὶ μείζονος] ſcil. δυνάμεως aut οὐσίας. videtur majoris alicujus et humanum modum excedentis ingenii et facultatis eſſe. non enim videtur ad εὐχῆς referri poſſe.

198. 6 ποιοῦσιν] ſubaudi ᾄδοντες. 11 figendum poſt ἔχειν punctum. 14 recte dat codex Barocc. ἵππον. 15 ἐν οἷς θαυμάζουσι] ideſt ἐν τούτοις τοῖς λόγοις, ἐν οἷς θαυμάζουσί τι, καὶ ἐν οἷς τοῦτο ἐξαίρουσι. 17 ὅτι uno vocabulo. *ult.* poſt καταθεάσαιτο figendum ſignum interrogationis. *qui diligenter periteque contempletur? e quanam tali ſpecula?* quae ſcilicet par ſit tantae rei etiam atque etiam inſpiciendae.

199. 3 τοῦτ' ἄρα καὶ ἥδε ἡ πόλις] ſcil. ποιεῖ. 5 διοίκησις eſt emtio et venditio et transmiſſio mercium eum ad locum, quo quis vult, et extruſio atque collocatio mercium prout vendenti viſum eſt. *der Vertrieb der Waren.* 6 multo magis quam (nix, quae eſt) exemplum, cum

quo eam (Urbem) comparo. ſtatim verſu 7. hanc ſententiam exponit clarius. 9 non ſatis habet ſe tantum ſoli ſpatium ſuis aedificiis occupatum tenere, neque ſibi eo ſatis ipſa facit, niſi alias etiam urbes ſuper ſe ſublatas ferat. 11 recte codd. mſti ἐπ' ἄλλαις. 13 f. διαλεῖπον. 14 aut δοκεῖ aut δοκεῖν. pendet enim ab ὥςε verſu 12. 15 ἐνεδειξάμην *oſtendi*. 16 malim, ne nimis conturbata relinquatur conſtructio, ἐχ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἔτω καὶ ἐφ' ἑαυτῆς παρέχει εἰπεῖν ὡς ἐνταῦθα ἕςηκεν. quamquam tanta eſt, non tamen idem de ſe dici patitur, quod aliae urbes patiuntur, hic eam conſtitiſſe, h. e. intra hos terminos. 17 τῆς μὲν et τῆς δὲ verſu 18. reſpicit ad locum Thucydid. I. 10. et in τῆς μὲν ad Athenas, in altero autem ad Spartam. *penult.* nolim autem, quod huic exemplo ignominioſum, aut male ominatum ineſt, id in rem praeſentem conferri, aut urbi, de qua loquimur, accommodari. diſtinguendus ergo locus ſic. (ἀπείη δὲ τὸ βλάσφημον τῦ παραδείγματος.) τῦτο ἄν τις —

200. 2 pro ἄρχειν leg. eſt aut εἶναι aut ἐπέχειν obtinere, occupare ſpatium, quod partem efficiat exiguam totius imperii. 4 δὴ] l. μή. Sententia eſt. philoſophus ille, ſi quidem Libyam et Africam e curriculo ſolis exemit, recte hoc dixit, qui ſi non exemit, mentitus id eſt. ut Cicero ſuum illud *niſi* uſurpat, cum ab abſurdo argumentatur, ſeu veritatem aut probabilitatem alicujus ſuae ſententiae ex abſur-

abſurditate contrariae efficit. 5 ἐξενίκησεν ἀληθὲς εἶναι.] tandem aliquando poſt multos multorum irritos conatus verum factum eſt. *pervicit ad veritatem.* porro lego ἴσην τε τῇ ἡλίου πορείᾳ εἶναι τὴν ὑμετέραν κτῆσιν, aut ſic ἀληθὲς εἶναι, ἴσην τήν τε ἡλίου πορεῖαν εἶναι καὶ κτῆσιν ὑμετέραν. utrum optes, perinde eſt. *ibid.* recte deeſt πόλεως a cod. L. et B. ſubauditur ἀρχῆς vel ἡγεμονίας, ut verſu 10. vel ἐπικρατείας. quaqua ſol incedit, incedere eum per veſtram ditionem. 9 προαγορεύει pronunciat, definit, edicit. verbum de judicibus, legislatoribus, magiſtratibus cum poteſtate et imperio edicentibus uſurpatur. 10 τέταται protenditur, ut recte Canterus vertit, qui ſic etiam conjeciſſe videtur. 15 f. ἐνταῦθα εὑρίσκεται ἀεί.

201. 2 ἴδοι. 7 ταύτην in hanc, urbem puta. ſubauditur συντέτρηνται τὰ τῆς θαλάττης πέρατα, omnes omnium marium fines vel exitus in unam illam voraginem coeunt, vel confluunt. 8 καθάρσεις. 9 ὅ τι duobus vocabulis. 10 e lectione codicis mſti et editionis Florentinae πλεῖον εἰς efficio leg. eſſe πλεῖον εἰς μέγεθος τὰς πόλεις. 12 f. εἶτα προβαίνειν μὴ ἔχοντος τοῦ λόγου oratione, quo altius progrediatur, non inveniente. eodemque tendere etiam videtur Canteri interpretatio. Cogitavi quoque legendumne ſit στέγοντος, pro ἔχοντος, ideſt χωροῦντος, non capiente oratione tantam rerum amplitudinem. ſed praefero prius. 3 δόξω,

cohaeret enim non cum ἐρυθριῷ, ſed cum φανοῦμαι et cum ſequente παραβαλῶ.

202. 1 ἐβεβόητο recte dat editio Stephani. 6 ἡ θάλαττα. *mare mediterraneum.* nam eo ſimplici nomine hoc mare graeci appellant haud raro. ut verſu 12. et 14. 10 aut ἐν τοῖς ἐσχάτοις leg. aut ἐν ἐσχατιαῖς, quo ducit lectio codd. B. et L. ἐν ἐσχάταις. 16 ἄνω μένων, πάλιν κατιὼν] modo manens in ſuperiore Aſia, modo procedens in Aſiam inferiorem, et imperium usque ad Aegaeum mare proferens, et ad regnandum ſemper neceſſe habens ut ſint, qui ſibi parere non recuſent. *penult.* videbantur aliquando illis ἅ γε μὴν reſpondere ταῦτά τε δὴ p. 203, 14. ſed rectius eſt poſt ἀρχῆς comma poni, et ταῦτά ἐστὶ ſubaudiri. fructus imperii ſui, quem perceperunt, eſt ad Oebari ſapientiam. ſeu declaratur illo egregio vel lepido Oebari dicto aut commento.

203. 3 βασιλεῖς] ſubaudi ἦσαν. 4 διέφερον] parum abeſt quin διαφέροντες conjiciam, quia ἦσαν verſu ſuperiore non eſt expreſſum, ſed omiſſum ad ſubaudiendum. 7 f. οὐχ ὅπως, ἃ ἂν ἀεὶ νοσείη, δέει κατέχειν εἰδότες. non ut qui ſcirent ea, quae identidem ad ſeditionem propenſa eſſent, metu continere dominique reverentia, neque qui ut paſtores curam gererent ſui gregis, eumque inſpicerent. (καὶ γὰρ ταῦτα ἂν ἦν ὡς ἀληθῶς βασιλευόντων) ἀλλ' ὥσπερ ἀπιστοῦντες μὴ αὐτῶν εἶναι τὴν ἀρχήν. (nam id quidem fuiſſet regibus dignum munere ſuo vere

decen-

terque fungentibus.) ſed ut diffidentes imperio ſuo, ne non ſuum ſit, neque ſibi firmum, ſtabile, conſtans. 9 aut κοῦζον aut κύξαινον. 15 ὁ φύσεως. 16 recte codex Barocc. διατεθειμένων et paulo poſt τῶν τοιούτων. *antep.* οἱ δὲ ἀρχόμενοι] ſcil. ἀπέλαυον πάντα, ἃ τοὺς ὑπὸ τῶν τοιούτων ἀρχομένους ἀπολαύειν ἀνάγκη ἐστιν.

204. 6 ſervari debebat vetus lectio τῷ πολέμῳ. conciliator pacis inter imperantes et parentes erat bellum. *ibid.* poſt ἦν figendum eſt punctum. 9 τοῦτο τοὔνομα] ſcil. βασιλέως aut τῆς βασιλείας. 11 ὑμετέρας. et ſic quoque Canterus. usque ad imperium veſtrum. quod ſive de tempore, ſive de loco dicatur, perinde eſt. conditor imperii, quod ad fines veſtri pertinuit, aut, quod veſtro ſurgente imperio concidit. *ibid.* τῷ videtur delendum. Conjeci aliquando ὡς ἀληθῶς δούλῳ vel ἰδιώτῃ κτησαμένῳ. 16 recte dant libri πέρας.

205. 6 αὐτοῦ] f. αὐτός. ipſe propemodum non imperavit. 10 f. διανοούμεναι. invadebant Aſiam tanquam patria expulſi, non eo conſilio, ut alios ſubigerent. 15 μὲν] l. ὑμῖν. 16 recte dat codex Bar. ἀρξαμένῳ. *ult.* αὐτῆς] l. αὐλῆς. idem erant huic urbi, quod ſaepes villae ruſticanae. e. p. 206, 9.

206. 1 ποιητὰς δὲ] ſubaudi ᾤοντο aut ἐπίστευον. id quod latet in praemiſſo ἠπίστουν, cujus contrarium ſubinnuitur illa particula adverſativa δὲ. 2 ἐνταῦθα poſitum pro ἐκεῖ, ſcil. in Oceano. 9 ἐκκεκαθαρμένος] a ſordibus,

vepribus, urticis perpurgatus. ſed non bene conſonat comparatio talis ſepti vel pomoerii cum choro concinente. 11 ἐξ ἴσυ vel διʼ ἴσυ. 14 οὐδέν τι (vel οὐδὲν ἔτι vel οὐδʼ ἐν ἐπὶ) διαλύεσθαι. 17 recte cod. Bar. τὰ ἔθνη. 18 αὐτὸς] f. ἄλλως. ſunt ad alios et inter ſe parentes imperio. e. c. quaeſtor eſt magiſtratus ad inferiores, ſed paret idem imperio ſui praetoris, ex quo fit ut et alii, et ipſi magiſtratus inter ſe, ſciant cernantque ſe majori poteſtati obnoxios eſſe. deinde cum cod. L. praefero τούτῳ.

207. 4 ὑπὲρ αὐτοῦ. una vota pro ſemet ipſo, altera pro iſto, ſummo principe puta, impetrandi proſperi ſucceſſus ergo rerum ad eum pertinentium. 5 εἰ δέ τι καὶ μικρὸν ἐνδοιάζοιεν vel ἐνδοιοῖεν. ab ἐνδοιέω. 6 perinde eſt εἰ cum libro Barocc. legas, an αἰ cum vulgg. ſed ἄξιοι ſemper leg. eſt. nam ſubauditur δίκαι et ἀξιώσεις. 7 recte dat c. B. διδάσκαλον, et verſu 11. editio Stephani ἐκτίνειν. 8 non eſt neceſſe principi, tota ditione obeunda conſici, unde aliud nihil conſequatur, quam ut illa parva terrarum particula identidem amica ſibi et fida ſit, quam ipſe ſuis pedibus tempore quoque calcet; idque tantiſper duntaxat, dum adſit, eadem rurſus ſtatim defectura, ut primum receſſerit. 13 ἐκείνῳ.

208. 1 ἐφέσεις, praefecti Romani in provinciis ſunt ἔκκλητοι, evocabiles, h. e. poſſunt citari ad tribunalia dicendae cauſſae ſuae ergo, non

non aliter atque ἐφέσεις, ſeu actiones, quibus provocatione certatur, ſunt ἐκκλήτοι h. e. poſſunt ab inferiori quodam tribunali ad aliud ſuperius transferri. *ibid.* τῶν δεξαμένων] dubito ſintne ipſi illi Romani provinciarum praefecti, an judices eorum, ad quos a provincialibus provocatur, et cauſſae repetundarum referuntur. 6 probo Canteri ſupplementum φεύγοντα. ſed praeterea quoque hoc ipſo verſu poſt μηδὲ addendum eſt ἀγανακτεῖν vel ἄχθεσθαι vel ὀργίζεσθαι. pendet hoc ab ἀνάγκη. neceſſe eſt στέργειν τοῖς ἐγνωσμένοις acquieſcere rebus judicatis, μηδὲ ἀγανακτεῖν (vel χαλεπαίνειν) ἐπὶ τῷ νενικῆσθαι, non autem iraſci, quod cauſa ceciderit. verba εἰ μή τις ad ὑπερορίων parentheſi ſunt includenda, et collocanda ſtatim poſt ἐπ' ἄλλης δικαστὰς verſu 4. Poſt νενικῆσθαι videtur rurſus aliquid deeſſe. Locus hic, ſi quis alius, eſt impeditus. manifeſtum eſt deeſſe membrum, quod reſpondeat ſuperiori ἐκεῖ, *ibi*, in civitatibus puta, ubi apud populum eſt ſumma poteſtas. e. c. ἐνταῦθα δὲ, ἐκ ἔξεστι μέγα φρονεῖν τοῖς ἄρχεσιν ἐπὶ τῷ ἀξιώματι, ἐδὲ ἐνυβρίζειν τῇ ἀρχῇ (vel ἐξεσίᾳ) ἀλλὰ μένει. huiusmodi quaedam ſententia deeſſe videtur. 10 ὁπόσε ἄν. quaquaverſum jus ducat. 14 recte abeſt καὶ et ὡς a codice Barocc. 16 εἶτα ἐ καὶ γέλοιον. qui porro poteſt non ridiculum eſſe.

209. 5 ἐς τὴν ψῆφον] ſubaudi τὴν ὑπὲρ ὑμῶν παρέσεσθαι. idem eſt ac ſi dixiſſet συνθήσεσθαι πάντας ὑμῖν ἐν τῷ ψηφίζεσθαι. manifeſtum eſt

affore veſtro ſuffragio τὸ aſſenſurum. h. e. ſuffragationi veſtrae excellentiae neminem defore, ſed omnes principatui veſtro calculum ſuum ultro eſſe delaturos. 8 Κορυφάσιον. 10 καὶ ταῦτα ἔχων ἔχειν οἴοιτο, 13 ἐπιςάται. 15 ἐνίκων. jam tertium mendum typographicum inſigne in hac una pag. corrigimus. 18 καὶ] l. δὲ. quartum habes. haec omnia recte exhibet editio Stephani. *penult.* ſervo αὐτοῖς quod eſt in cod. Laud. et ed. Flor. ſibi metipſis, ſuum ad commodum, ſuffurantes clanculum. *ult.* aut delend. καὶ, ut ſit conſtructio ἀνάσπαςοι καθ' ἕκαςον ἐνιαυτὸν γενόμενοι ὑφέξοντες (hoc eſt ἐπὶ τῷ ὑπέχειν) Ἀθήνησι λόγον περὶ τῶν παρ' ἑαυτοῖς. abrepti ſuis ex urbibus et per vim tracti Athenas ad dandam ibi rationem rerum cujusque domeſticarum. aut deeſt ἐκκαλούμενοι poſt illud ipſum καὶ. abrepti et evocati vel citati.

210. 3 ἐπὶ τοῖς δημ.] in poteſtate, arbitrio et libidine oratorum, ſive illi ſibi bene, ſive male vellent. *ibid.* recte dat cod. Barocc. ςρατεύεσθαι, eidem recte abeſt verſu 8. τὸν αὐτὸν τρόπον ſecundum. unde locum ſic conſtituo. μεταςάντες τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ πρότερον ἀπ' ἐκείνων πρὸς τοὺς Ἀθηναίους μετέςησαν, ὑπ' ἐκείνων πάλιν ἐξηπατήθησαν. 10 mallem τῶν Ἀθηνῶν. quamquam hoc leve eſt, neque valde neceſſarium. ſi cum codd. B. et L. et cum ed. Flor. plane omittis, qui conſenſus mihi non contemnendus videtur, leg. erit ἐκείνοις. ex quo exſiſtet elegans haec lectio, ἐπειδὴ καθεῖ-

λον

λον ἐκείνοις τὰ τείχη, καὶ κύριοι — poſtquam illis (Athenienſibus) demoliti eſſent moenia. 11 recte c. L. ὑπερεβάλλοντο, in imperfecto. 13 διὰ τέλους] f. δι' ἀγγέλων. quae dominationes non ſolum Athenis Spartaeve reſidentes per internuncios affligebant ſocios. 14 ἑκάστων. paulo ad verum propius, quam vulgatae, accedit codex Laud. in quo eſt ἑκάστου. poſſit quoque ἕκασται probari, ſcil. τυραννίδες. 18 φυγάδος] Cononem ſignificari puto, qui Lacedaemonios imperio maris exuit, Athenis moenia reddidit, et Graecos a Spartanis ad ſuos cives revocavit. *ult.* ἅτε ἀναρμόστων] elegans jocus, qui latine reddi absque detrimento leporis nequit, quia acumen in alliteratione eſt. Harmoſtae, (quaſi dicas Concinnatores) excidebant, quod erant ἀνάρμοστοι inconcinni ipſi, h. e. populi cujusque, cui praeerant, ab ingenio moribusque et commodis abhorrentes.

211. 2 γε recte abeſt a cod. Laud. 3 τι] l. τοι. Conſtructio eſt ἀλλά τοι ἐφάνθη τὸ ἔχεσθαι τὴν Καδμείαν λυσιτελεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ κεκρατηκέναι τῶν Λακεδαιμονίων. apparebat graecis magis expediſſe, a Lacedaemoniis teneri arcem Thebanam, quam a Thebanis victos eſſe Lacedaemonios. 4 ἔχεσθαι absque praepoſitione. ἐμισήθησαν redit ad Thebanos. 5 οὐ δῆτα. 6 quis eſt ille ὁ τὴν Τρικάρανον ποιήσας? 10 f. τοῖς μὲν ἄρχουσιν ἀδικίας (aut χειρῶν ἀδίκων) ἀντιστῆναι. deinde proba eſt dictio κρατῆσαι πλοῦτον. *vincere divitias* pro vincere homines

divites. nam πλῦτον non ad ὑπενεγκεῖν pertinet, neque καταφρονεῖν requirit, ſed redit ad κρατῆσαι. 17 τι πρὸς] f. τὸ προσεχές. deinde evenit id, quod ex his evenire, par erat. tum προσεχὲς idem erit atque ἀκόλυθον.

212. 2 ut bene ſua ipſis coepta ſuccederent, fieri nullo modo poterat, et ſtudium id efficiendi contentioque civitatis in exſequendis conſiliis ſuis, haud multum videbatur a diris, h. e. a re calamitoſiſſima et luctuoſiſſima abeſſe. 7 αὖ aut plane eſt delendum, aut ſi tamen parci ei debet, transferendum certe eſt in verſum 6. ante ἀσθενεῖς, ut ſit ἦτ' αὖ ἀσθενεῖς εἶναι. 10 f. ἐφ' οἷς. non habentes quod reſpondeant interrogati, cur ſic laborent et aeſtuent. 14 quibus non expediret ferenda prompta in rebelles ope exemplum praeire, quod ſi alii imitantur, ſuum in damnum ſit ceſſurum. 17 παραμένοντας ἂν] eos qui forſitan in fide permanſiſſent, ſi adverſus ſocios alios, defectionis reos, non eſſent educti. monſtrabant enim Athenienſes ipſis, ſociis puta, manentes quidem in fide ſibi, Athenienſibus, praeſidio et ſubſidio fore unos ſocios, fideles, adverſus alteros, rebelles: at ſi uno omnes impetu et conſilio communi deficiant ab Athenienſibus, certam et conſtantem omnes ſibi libertatem eſſe aſſerturos, cum eo efficiant, ut Athenienſibus tandem nemo ſuperſit, cujus adminiculo rebelles in ordinem cogant. ult. κοινῇ, tanto pejus Athenienſes ipſimet

ſibi conſulebant, quam ſociorum perfidiſſimi.

213. 1 οἱ δὲ] Athenienſes puta. 2 καὶ περὶ] f. καίπερ *tametſi.* 6 recte cod. Laud. οὐ non habet. quare leg. aut δὲ γυμνωθέντες, aut δ' οὖν γυμν. 9 cum praeſto ſunt materiae, tum ultro quoque ſubnaſcuntur et ſuccurrunt artes, quae illas materias elaborent. 11 f. παρεγένετο illis obveniebat, ſeſe dabat, praeſto aderat. nolim tamen hoc urgere. 12 δικαίως ἅμα καὶ εἰκότως ut jus et fas erat. *ibid.* τοῦτο] l. τό. 13 αἰτίαν] ad literarum formam propius nihil accedit, quam ἁγνείαν ſanctimoniam. viderint alii, utrum hoc, an Jebbi ἀξίαν praeferant. cogitavi quoque τὸ περὶ τὴν πολιτείαν ἀναίτιον ſanctam et vitii culpaeque expertem rationem civilis gubernationis. ſed ipſe mihi hoc in loco non ſatisfacio. 14 εἰς δύο μέρη. 16 καὶ deeſt codici Barocc. forte quoque tota haec dictio, ἢ καὶ ὁμόφυλον, ut ſcholium voc. πολιτικὸν, eſt delendum. pro ἀπεδώκατε videtur ἀπεδείξατε profectum eſſe ab auctore. quidquid uſpiam imperii eſſet aut morum elegantia, aut generis nobilitate, aut opum aut auctoritatis amplitudine eximium, id omne vos juſſiſtis civile eſſe, h. e. civitate Romana donaſtis, et voluiſtis gentile et cognatum vobis cenſeri. ſed facili negotio poteſt vulgata defendi, ſi accipiatur eo ſenſu, quo latinum *reddidiſtis id omne civile.* ideſt effeciſtis ex eo univerſo civile. 18 ἐνταῦθα] hac quidem ratione, vel hac ex parte.

214

214. 1 f. τοῖς ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ὥσπερ αὐτῆς χώρας. ubi αὐτῆς eſt genitivus aptus e proximo χώρας et ab eo regendus. ſolet Ariſtides Demoſthenis exemplo, αὐτὸς ita uſurpare, ut id cum genitivis aliis conjungat. quod obſcurius dictum (neque enim brevitati ſtudens clarius poſſum dicere) exemplo eſt declarandum, quod in promtu eſt. ὥσπερ αὐτῆς χώρας tantumdem eſt, ac ſi dixiſſet χώρας τῆς κατ' αὐτὴν, aut τῆς αὐτῇ προσηκούσης. quaſi latine dicas *regionis ejus urbem*. h. e. regionis ad ſe pertinentis. 2 f. ἅπαντας ἢ δημότας κατὰ δῆμον, ἄλλους ἄλλον οἰκοῦντας χῶρον. diceres eos Perioecos aut Demotas [vel tribules] eſſe ſecundum demos vel tribus, alios alibi habitantes. 7 ſic diſtinguo et lego. τούτου, ἴσον αὐτοῖς πρὸς τὴν εἴσρουν αὐτήν. quaſi fatale hoc eſſet mari, ut ſemper haberet parem illis ad influxum magnitudinem. h. e. parem fluviis influentibus. 8 poſt οὐδὲν ſubaudi αὔξημα vel ſimile quid. acceſſionis ad urbem factae nullus eſt ſenſus manifeſtus, tam eſt ingens. 9 ἔχει. omnia ita tenet in ſe abſconſa, ut qui rem gerunt ſinu incluſam. et amplitudo ejus ſibi ſemper conſtat, ſemper eadem et ſibi par videtur eſſe, quotquot aut accedunt, aut diſcedunt. 11 magnifici quum ſitis ipſi, magnificum veſtrae civitati modum conſtituiſtis, neque in eo venerabilem admirabilemque feciſtis, quod — 15 non enim utimini amplius illa vetuſta graecis uſitata diſtinctione nationum in graecos et barbaros, neque paſſi

eſtis

eſtis ridiculam eſſe illam diſtributionem, quod neceſſario eveniſſet ex eo, quod vos civitatem veſtram civium numero praeſtitiſtis multo abundantiorem, quam eſt univerſum nomen graecorum.

215. 4 ἀπολειπομένων] hoc eſt τῶν ὑποδεεςέρων. tenuioribus, quibus parendi neceſſitas, 6 μέτεςιν ἡ αὐτὴ. una omnibus eademque populis ſuppetit veſtro beneficio ſecuritas ab ipſarum cujusque magiſtratibus; eaque ſecuritas poſita eſt in veſtra in illos magiſtratus peccantes animadverſione. 7 ἢ] l. ἡ. 9 recte codd. L. et B. dant ἅπαντας. tam potentes, quam infirmos, tum nobiles, quam ignobiles. 11 Φιλανθρωπία [in nominativo] μεγάλυ τε καὶ ȣ̓, [ſcil. μεγάλȣ] κοινῇ ἄρχειν ἐγκρατής. vel Φιλανθρωπία μεγάλυ τε καὶ ταπεινȣ̃ ἄρχειν ἐγκρατής. magno et non magno pariter et communiter cum potentia imperans. 12 μόραι, ſunt autem morae (quod vel e Latinis auctoribus conſtat) cohortes pedeſtres, ut ἶλαι alae vel turmae equeſtres. 13 ἐνιδρυμέναι. πολλαὶ hic ſignificat univerſae magno numero, *ibid.* ἐν ἀριθμῷ τῶν ἄλλων] ἀριθμὸς h. l. eſt turba, magnus numerus hominum, magna caterva. 15 recte dat ed. Steph. τὸ. exceſſerit poteſtatem per ſe ipſam, absque externae correctionis et gubernationis terrore, modeſte ſapienterque ſe gerendi. *penult.* ἔχονται) ſubaudi αὐτȣ̃, τȣ̃ ἄρχεσθαι puta. *ult.* αἱ νυκτερίδες.] Homericum ſimile ex initio ultimae Odyſſeae,

216. 8 ἀθρόον. adverbialiter. pro κατὰ τὸ ἀθρόον, vel κατὰ ἀθρόον ὅρμημα. uno impetu. vel et ἀθρόοι uno tempore omnes. 11 f. ἐξαίφνης πάντα [aut τὰ παρόντα] ὕπαρ ἰδόντες. ſubito res omnes, aut res praeſentes et circumſtantes, vigilantibus oculis videntes. 18 f. ὀψοποιοῦσιν, οἴκους σαροῦσιν, στρωννύουσιν. coquunt cibos, everrunt oecos, ſternunt cubilia. *penult.* ἀνεμίξατε] ſubaudi πάντας πᾶσι. *ibid.* ἐπ' ἄλλων ὄντας] ſubaudi ἔργων vel ἐργασιῶν.

217. 9 poſt συντάγματι ſubauditur ὄντας aut τοὺς πολίτας aut τοὺς πολιτευομένους. 11 quapropter non videntur illi aequo animo ſortem ſuam tuliſſe. ἴσως h. e. eſt *forſitan.* αὐτοῖς idem eſt atque παρ' αὐτοῖς. apud eos Aegyptios puta. ἡδέως ἔχειν gaudere ſorte ſua. *ibid.* apud vos, quamvis omnes pari jure gaudeant, poteſt tamen militaris ordo ſeparatum a reliquis ordinibus locum obtinere. facile itaque poteſt vulgata ſervari. inducor tamen propemodum ut credam pro ἐχόντων leg. eſſe ἔχον, ut redeat ad τὸ μάχιμον. pars civium militiae dedita cum conſors ſit rerum omnium civibus reliquis ex aequo, poteſt tamen ſeorſim conſidere. 18 f. ἐγκρίνειν et ὧν ἂν διανοηθῆτε. veſtrum de magiſtratibus omnibus ſancitum conſilium, quo neminem peregrinum hominem admittitis ad aliquid, quod facere cogitetis et quo facto opus ſit. *ult.* λειτουργήσοντας in futuro.

218. 2 αὐτῆς, cum ſpiritu aſpero. adeo ut eas pudeat ſemetipſas illinc ortas profiteri unde ſunt, vel, ſe ex ſuae verae patriae nomine appellare. 7 ſententia eſt, non illa: tantum militum numerum poſcere urbem quamque ſoletis, quantum dare ipſi grave et oneroſum non ſit: ſed haec: tantum poſtulatis urbem quamque numerum militum, quantus ei relictus oneri ſit futurus; contra autem datus eam magno levet onere, quamvis ipſe ſolus non ſufficiat ad — 11 recte dat ed. Steph. γε. 14 recte dat codex Laud. ὁπόσοις, ut etiam Canterus expreſſit. tollendum igitur comma poſt τύχη. quibuſcunque contigerit pro imperio dimicantibus vincere. 16 δὲ hic eleganter redundat, lectoris in gratiam, quo facilius filum orationis reperiat, iteratum ob praecedens δὲ verſu 13. Latini etiam *ſed* ſic interponunt, cum orationem per ambages circumductam in viam quaſi reducere volunt. *ibid.* εὐθὺς ἑςῶτες] ſubaudi ἐν τῇ τάξει. quamprimum modo aſſiſtant in acie. ἑςῶτες poteſt hic accipi pro συνεςῶτες congreſſi modo cum hoſte. 17. f. τούτους δὴ ἄριςα καθάραντες καὶ φιλονεικήσαντες ἐς τὸ κοινὸν τῶν ἀρχόντων. *diligenter habito delectu* adſciviſtis in communionem jurium veſtrorum, qui eſtis rerum domini. deinde vſu 18. οὐ χωρὶς, ὡς εἶπον, ἱδρύσαντες, vel τάξαντες, vel καταλιπόντες, vel ſimile quoddam verbum. reſpicit ad initium p. 217. in ſequente οὐδὲ ſubauditur e verſu ultimo οὕτως εὐ-

ρόντες

ρόντες τε καὶ διαθέντες αὐτάς. quum eas excogitaſſetis ſapientiſſimas rationes, iisque modis eorum animos affeciſſetis erga vos, ut, ſi vellent, ne poſſent quidem reliquis invidere, illis dico, qui in Urbe manſiſſent, ut ſibi quondam non paribus, ſed praeferendis, ſola ſi ſpectetur origo et antiqua conditio, ſed potius ut honori ſibi ducturi videantur ad ſe delatam eſſe quandam reip. partem.

219. 9 ἀόρατα. non conſpicua. illa moenia videre nequeunt illi, qui intra orbem vel ambitum eorum ſunt. ſi qui tamen illa videre cupiunt civium Romanorum, illis neceſſe eſt ut itinera totis menſibus et annis emetienda ad extremos limites imperii Romani ſuſcipiant. 10 ὑπὲρ] l. ὑπό. *infra* vel *intra* orbem extremum. eſt autem penes Ariſtidem orbis romani ambitus extremus limes longinquiſſimus, ut Oceanus, Phaſis, Euphrates, Nilus apud Aethiopas etc. ambitus autem vel gyrus interior ipſi ſunt caſtra limitem ſuccingentia, vel arces cum praeſidiis. 12 ἐφορίως. 15 ὥστε οὐ δέκα. in ὥστε ſubauditur εἰσίν. *ibid.* λογιζομένῳ in dativo ſingulari, aut in genitivo plurali λογιζομένων. ſcil. τῶν ἀνθρώπων. 17 ἐνθένδε] adjuvandus locus geſtu et animo fingendus orator haec dicere vultu ad ſeptentrionem converſo, ſimulque manum aut digitum illuc intendere. *ult.* recte deeſt codd. Anglicis τά.

220. 1 *ἄμα*] ſententia poſtulat *ἀραρότα* aut alias primum *καὶ* erit delendum. 9 non intelligo hoc de loricis. qui poſſunt enim loricae, corpus ambientes, ita modum corporis excedere, ut, cum tres homines uno conſiſtant loco, duo utrinque loricati, unus medius nudus, ſeu inermis, lorica non tectus, ambarum loricarum exceſſus in medio pectore medii hominis coëant, eumque tegant. de clypeis poteſt hoc et recte dici et intelligi facile. ſed de clypeis modó facta eſt mentio. 12 *ὁ τῶν διεξόδων κύκλος* eſt gyrus interior. ad quem tendunt ſemitae velut urbis aut caſtrorum. *ὁ δὲ τῆς πάσης ἔφορος γῆς* eſt gyrus exterior totum terrarum orbem, qui extra romanum eſt, reſpiciens et obſervans. *ἔφορος* an *ἐφόριος collimitaneus* legas, multum non refert. 15 recte habet *αὐτοῖς ſervatis communibus iisdem et civibus et peregrinis*. nam milites romani ex aliis nationibus delecti et militiae romanae ſacramento adacti cives erant ſuae quisque civitatis, unde primitus ortus eſſet. ſed amittebant eam civitatem in romanam traſeuntes, quod fiebat cum ſacramentum dicerent. ex illo itaque tempore fiebat quisque peregrinus et alienus ab illa civitate, cujus antea civis fuerat; et rurſus civis ejus civitatis, cui antea peregrinus fuerat. Erant ergo iidem et cives et peregrini communes: Romae puta communes illisque civitatibus unde orti et extracti eſſent. 18 f. *ὡσαύτως, ἀλλ' ἧς ἂν ἕκαστος ἄξιος ᾖ, ταύτην σχεῖν.*

σων. ſummo imperio praeditum non ſemper fore ex ordine patriciorum, neque media auctoritate praeditum ex ordine ſecundo, neque pari modo amplitudinem imperiorum ita eſſe magis magisque deſcenſuram, ut quisque ſit humiliore loco, ſed eum locum cuique obventurum, quo ſit dignus futurus. ordo ſecundus Ariſtidi eſt equeſter, tertius plebejus, quartus libertorum, quintus peregrinorum civitate donatorum. Locum huic ſimilem Cicero habet in orat. pro Plancio, c. 6. *ibid.* ἐ λόγων] non titulis cenſeri bonos, ſed rebus geſtis. ad titulos et λόγυς, mera verba, pertinet etiam honos patriciae gentilitatis. *ult.* τὴν μὲν ἀργίαν.

221. 4 f. ἐπιστραφέντας *retroverſos*, aut περιτραπέντας. nam de hoſte in fugam dato non dicitur περιστρέφεσθαι, ſed περιτρέπεσθαι, idque translatione ducta ab iis, qui evertuntur, et gradu dejiciuntur ut ſupini corruant. περιστρέφεσθαι autem dicitur de iis, qui in orbem circumaguntur, ut ſaltantes in ſacris circa aras, aut circa ſemetipſos; aut ut ſervi manumittendi ab hero coram praetore circumagi ſolebant. ἄνδρα παρ' ἕνα eſt, virum ob unicum. deinde leg. eſt λειφθῆναι, ut eſt in cod. Barocc. et Laud. et edit. Florentina. viri unius virtute vinci. 9 recte dat cod. Laud. τὸν et codex Barocc. verſu 13. ἐπιλείπειν. quo ipſo verſu 13. leg. videtur στρατιωτικὰ, ἀλλ' ἀνάγκη ἄλλα τοσαῦτα. 15 recte dat editio Stephani γε et codex Laud. τακτικῶν. poſterius requirit verſu 16. αὐτὰ.

verſu

verſu 17. probo codicis Barocc. πρώτως. 18 χαρῶν.

v. 222. 1 f. ἀλλ' ἦν τὸ μὲν λαοῦ. 5 recte dat cod. Bar. δυοῖν. 10 ἐπ' αὐτῷ] poſt eum. ſubaudi τεταγμένοι. 14 ἐν αὐτῇ τῇ πόλει] postquam ſatis dixit de rebus et inſtitutis Romanorum cum nationibus exteris, tranſit jam ad eorum inſtituta domeſtica. ἀπὸ τῶν ἔξω μεταβαίνει ἐπὶ τὰ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει. v. p. 223, 6. 16 f. τυραννὶς καὶ βασιλεία, μοναρχία καὶ ἀριστοκρατία. v. p. 223, 5. Noſtro quidem Ariſtidi ἡ ἀριστοκρατία eadem eſt atque ἡ ὀλιγοκρατία. nam p. 223, 4. optimates appellat τοὺς ὀλίγους. 17 ὄνομα] ſubaudi ἕν, unum nomen, non plura. Graeci et Latini ſaepe ſatis habent ſingularem numerum, absque εἷς aut *unus*, ponere, etiam cum magnum eſt pondus in eo vocabulo. e. c. hic loci ὄνομα opponitur illi ſuperiori ἐν δυοῖν ὀνόμασιν. et nihilominus ἓν abeſt. unum nomen duabus diverſis rebus accommodatur. *ibid.* poſt ἦν f. deeſt ταύτας. 18 κράσις] ſubaudi ἐστὶ. mallem tamen κρᾶσιν ut ſit aptum e proximo ἔχει. ſed habet aliquam contemperationem. *penult.* χείρονας] ſubaudi μοίρας. *ult.* recte dat cod. Bar. τυγχάνει.

p. 223. 1 recte c. Laud. οὐδὲν ἐνδεῖν. 9 ὥσπερ ἐν σφαίρᾳ] tanquam in ludo pilae, cum ludentes alternis inter ſe ſtationes mutant. 10 at vos ex quo tempore vos cognoverunt, ex eo imperantes cognoverunt. 12 γε] l. τε. 16 ὅσον μὲν γὰρ μεγέθει τῆς ἀρχῆς ἁπάσης, τοσοῦ-

τὸν ἐγκρατείᾳ καὶ ἐπινοίᾳ πολιτείας πάντας ὑπερβάλλεσθε. 18 poſt ἦρξαν deeſſe videtur ὑμεῖς δὲ καὶ τῶν πόλεων ἄρχετε. conf. p. 224, 4. *ult.* οὕτω] ſubaudi ὡς νῦν ἐν τῇ ὑμετέρᾳ ἀρχῇ, et in διεξήλασε ſubaudi τὴν γῆν. quis hominum vel regum, qui tum erant, poterat ita, ut hodie, per orbem terrarum iter agens, quotidie unam aliquam inſignem urbem attingere? aut manſiones ſuas ad numerum urbium diſpenſare? interdum quoque diebus ſingulis urbes binas aut ternas, velut angiportus, perambulare.

224. 6. ſi recte habet hic locus, ſententia haec ſit neceſſe eſt. quemadmodum ſupellex pretioſa, qua villa quaedam inſtructa eſt, hero decori eſt, ipſisque ejus aedibus urbanis: ita ornatus urbium graecarum Romae decori eſt, cui urbi illa oppida in loco villarum ſunt ſuburbanarum. 7 ἀκτὴ μεσόγειος quae ſit non intelligo. repugnat litus aliquod eſſe mediterraneum. quare leg. puto ἀκταί τε παράλιοι, καὶ αἱ μεσόγειοι. ſcil. χῶραι. *ult.* τὰς πράξεις] id eſt vitam negotioſam, plenam moleſtiarum, et in actione rerum, praeſertim civilium et magnarum, verſantem. *ibid.* ἔτι tranſponendum et ante ὅπως collocandum. nam pertinet ad κατέχει. unum adhuc tenet civitates ſtudium, ἔρις ἔτι, ὅπως καλλίστη καὶ ἡδίστη αὐτὴ ἑκάστη — ſic leg.

225. 2 ἐπισημαῖν, ὥστε ἔξεστιν. *ibid.* Canterus videtur ἀνακεκομίσεσθαι legiſſe, id quidem expreſſit, vertens *recuperaturus eſſe.* ſed bene habet vulgata.

gita, videtur orbis terrarum ſeſe iterum a morbo vetere recepiſſe. 7 Φρουκτοὶ, φίλιοί τε καὶ πολέμιοι. 8 ὅλον] l. οἷον. ludorum feſtorumque dierum finem non habet celebratio, tanquam ignis ſacer immortalis. Conſtructio eſt τὸ πανηγυρίζειν ὐ διαλείπει οἷον πῦρ. non hic de igni cogitandum, qui Auguſtis praeferebatur, ſed de ignibus immortalibus, qui in Veſtae penetralibus atque Prytaneis alebantur. 11 recte codex Laud. τό γε. pen. f. διακόψαντες (aut ἐκκόψαντες) ὥσπερ ἐμπήλατον.] aut alias ad ἐμπήλατον eſt addendum ποιήσαντες.

226. 2 τοῦτον. redit enim ad βίον. 3 proverbium eſt ἀμείνω τὰ δεύτερα, aut ἀμεινόνων τῶν δευτέρων, ad quod Ariſtides haud raro alludit. vos, ait, eſtis ſecundum Athenienſes hujus humanioris et politioris vitae auctores, eoque, juxta proverbium, praeſtantiores. perfeciſtis enim eam elegantiam, quam iſti inchoaverant 4. ὡς] l. οἷς. 7 λόγου μὲν διηγήσαι —] quidnam hoc eſt? vix poteſt aliud aliquid eſſe, quam aut ſaeculum de Saturno dictum, illud aureum, quum terra ſua ſponte ferret omnia, nemo imperaret, nemo pareret; aut potius democratia, qua qui utuntur omnes ſunt pari jure. dulce quidem nomen eſt ἰσηγορία et ἰσονομία; verum, recte ſi rem aeſtimas, effectui dari nequit, aut ſumma ſit cauſſa calamitatis. vel univerſam hiſtoriam fabularem et origines gentium deſignat, in quibus inſunt multa lectu et auditu jucunda

propter novitatem, ſed immania et horrenda cogitatu, ut eſt illa Carthaginienſium immolatio victimarum humanarum. 11 praefero κάτωτάτω e cod. Barocc. 13 ὑφ' ὑμῶν] l. ἐφ' ὑμῶν. aetate veſtra, ut p. 227, 13. 17 recte dant libri ἔτεμνον et κατέκτεινον. ult. f. ἅπαντες ἀφεῖσθαι, quod pertinet ad δοκοῦσι in fine verſus.

227. 2 ἐπιμέλεσθε. curatis, et ſic quoque reddidit Canterus. vel ἐπιμελεῖσθε. quod idem eſt. nam utrumque dicitur. 3 f. delendum τιμωμένη, quod natum videtur e ſequente. τιμωμένων. in γάμων νόμῳ γιγνομένων ſubauditur ἕνεκα. Iuno videtur veſtrum conſtabilire imperium cum (vel propterea quod) penes vos ſunt nuptiae legitimae. 6 f. delendum καὶ Ἀρτέμιδος. Dianae certe mentio ab hoc loco eſt aliena. ibid. recte dat editio Ald. et Florent. διαλείπει. 9 μοῖραν] ſubaudi αὐτῆς. ibid. τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν. nam Sarapis quoque per inſomnia ſubveniebat aegrotantibus. 17 f. ἡ ἡνίκα. Heſiodus mihi non videtur ab aurea aetate generationum ſuarum ſeries orſurus et in ferrea finiturus fuiſſe, ſed ordine potius inverſo uſurus: aut, cum alter ordo ipſi placuit, non videtur de ferreo ſaeculo exponens, finem et exitum ei *praeſtituturus* fuiſſe tum, quum — et ſic quoque Canterus exaravit absque dubio, non *praeſtiturus*, quod editio Oxonienſis exhibet.

228. 15 reſpicit ad factum Phocaeenſium, apud Herodotum 1, 168. 16 ὥστε εἶναι] f. leg.

f. leg. σῶς τε εἶναι, id eſt σώυς. *et ſalvos atque ſoſpites eſſe.* pendet hic infinitivus e ſuperiore δόντων, *dent, velint jubeantque.*

AD ORATIONEM IN SMYRNAM.

229. 2 εἴποιμεν] ſubaudi τοσῦτον. 4 recte dat editio Stephani τὰ ἐῤῥώμενα, quod etiam a verſu 7. confirmatur. 5 verſu pariter praeſtat lectio codicis Barocc. 7 περὶ τῶν πατρίων λόγοις] antiquitatibus ſuis. Sermones de vetuſtis ſuis originibus, temporibus urbis, rebus geſtis majorum, haec ſunt τὰ πάτρια, ut vel e Codino conſtat.

230. 6 v. p. 260. circa fin. 270, 9. 8 recte dat codex Barocc. δὲ pro δή. ἀπέλαυσαν hic ſignificat *perceperunt, acceperunt.* ideoque recte cum accuſativo conſtruitur. 9 ἀβρότητα et τόλμημα. ob ſequens κρεῖττον. 14 aut leg. κάτω ἀποβαίνοντες τῶν νεῶν ὀφθέντες. a Smyrnaeis e monte deſcendentibus viſi, cum e navibus exſcenderent. aut κάτω ἀπολειφθέντες τῶν νεῶν *intercepto* vel *intercluſo ad naves reditu.* 16 in ſacris Bacchi erant etiam ſpoliationes et lacerationes hoſtium, neque incruenta illa ſacra erant, ut ex Euripidis Bacchis patet. ult. ἔργον. id quod opus eſt magni otii narraturo.

231. 6 f. τὸ τῆςδε. ſcil. εἴδωλον. 8 f. αὐτὴ ἐρᾷν καταναγκάζειν. 11 πολὺ καὶ παραπλήσιον. (ſcil. μέγεθος.) 12 περιουσία ap-

pendix, acceſſio. magnitudo urbis eſt ad ejus formoſitatem acceſſio. 16 ὥσπερ οἱ ἀγαλμάτων καταπάστοι χιτῶνες, aut ὥσπερ, νὴ Δί', ἀγαλμάτων οἱ καταπάστοι χιτῶνες. inſtar veſtium auro pictarum, quae indui ſolent deorum ſimulacris. de veſtitu et ornatu ſimulacrorum multis egit Franciſcus Bonada in diſſertat. 1. ad carmina lapidaria Romae edita A. 1750. 17 καὶ primum eſt delendum. *antepen.* videtur illa porticus aut *aurea* aut *formoſa* eſſe dicta.

132. 2 αὖθις] f. αὐτῆς. 3 καὶ πρεσβύτῃ] quia ſenes ſunt loquaces. 9 στενωποὶ] ſunt ſemitae ſuperius tectae opere apſidato utrinque ſeptae tabernis mercium venalium plenis, quales ſemitae adhuc hodie in oppidis Aſiaticis viſuntur. a Turcis *Bazar* appellitatae. v. Leunclav. Pandect. hinc intelligas Noſtri εἰς ὑποδοχὴν τοῦ ἡλίου. *ibid.* πρόσθεν] v. p. 231, 12. διάττουσαι. quo cum res ipſa, tum codex Barocc. ducit. 17 aut θεαμάτων leg. aut θέατρον h. l. idem ſignificat atque θέαμα vel θέα. *ult.* ἐπὶ ῥᾳστώνης] in otio lauto et ſplendido. ſic infra p. 240, *antepen.* conjungit ῥᾳστώνην καὶ τρυφήν.

233. 2 Μέλης, ὁ Νυμφῶν ἐπώνυμος διωρυχὴν ἐκ πηγῶν. Meles, de quo Nymphae Meletides nomen habent. 8 αἰωρῶν] faciens oſcillare. h. e. luctatur cum mari, propellens a ſe undas ejus, et contra ab eo ad fontes verſus regeſtus. unde exſiſtit undarum hinc et illinc concurrentium quaedam αἰώρα, natatio, jactatio

ſtatio in ſublimi veluti. *ibid.* ἑκατέρου] ex utraque unda dorſum ſuum monſtrat Meles. h. e. media fluminis pars, quae eſt apſidata, eminet ex ipſo mari, ut dignoſci poſſit, non ſolum ab undis maris, ſed etiam ſuis ad utramque partem extremis. 10 f. καὶ οὐκ ἐχθρῶν τοῖς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ, ἀλλ' ὑπ' αὐλοῦ ἐν χορῷ ὀρχουμένων. piſcium, eos, qui in terra continente degunt, non abhorrentium, (aut non ea, quae in terra continente aguntur) ſed ſub concentu tibiarum in chorea ſaltantium. poteſt tamen ἐν χώρᾳ ſervari et duplici modo accipi: primo, in eo loco, eaque regione, quam a natura ſortiti ſunt, ut ſubauditur ἣν φύσει ἔχουσι. deinde, ordine, loco, ſtatione quisque ſua, ἐν ᾗ ἕκαστος ἔτυχε χώρᾳ νηχόμενος, ἐν ταύτῃ μένων ὀρχούμενος. 11 παροινίᾳ. prae petulantia bene potis familiari. 13 ἔκ πατέρων τε καὶ ἐκ παιδός. quem et paternum quisque amicum habet, a patre ſibi velut haereditate relictum, et quo ipſe eſt a puero uſus amico. 16 comma poſt πόλει promovendum. donum urbi a Neptuno datum, ſimile et idem quodammodo diſſimile illi Theſſalico dono fabulis celebrato. Poteſt τι bene habere. cogitavi tamen tum de τε, tum de ὁμοῦ τι. 18 ἐποίησε γῆν ἁλίπεδον ἐκ λίμνης ἐξιεὶς. effecit e regione, quondam lacu infeſſa, terram planam continentem, maritimam, eo, quod Peneum pleno alveo emiſit. *ibid.* ὑπεισήγαγε. *penult.* ἀντίστροφον] ſententia eſt: producens terrae continentis tantundem in mare,

quantum mare ſe in terram continentem intulit atque profudit.

234. 1 locus hic ob ignoratum Smyrnae ſitum valde obſcurus eſt. utinam ad manus eſſet Pocokii Itinerarium, in quo memini urbis hujus formam diligenter declaratam legere. 3 καὶ ταῦτά γε ἐν τέλει] et id quidem a capite ad calcem, ab uno termino ad alterum. vult dicere, tranſeunti hanc planitiem apparere per omnia venuſtam. 4 δι' ἐλάττονος] ſubaudi διαστήματος. ex intervallo propiore, vel minore. *ibid.* recte dat codex Barocc. τὰ κάλλη. item τὸ πρόσω. nemo ita feſtinat, quin vultum ad urbem in oculis poſitam converſum, in latus, unaque ſui corporis ſitum torqueat; quo fiat, ut, quae modo in oculis erant, ea jam a dextra ſint, et quae modo a ſiniſtra, ea directa oculis ejus obverſentur. 9 κόσμος] ſ. κόρος. nam et ſatietas et taedium non ſubrepit ſuburbia et villas ex urbe ſpectanti, ſive urbem ſpectat e ſuburbiis, tantundem ipſi deeſt ad contemplationem, atque jam vidit. debet enim adhuc ſuburbia videre urbi nil cedentia. 11 ſ. περὶ αὐτῆς. ut ad urbem redeat. poteſt tamen vulgata ſervari et referri ad ſequens περὶ τῶν καλῶν τῆς πόλεως verſu 13, ut haec ſit uberior expoſitio eorum, quae paulo ante ſubobſcurius eſſent indicata. quae forma eſt Homerica. *pen.* ἐκ πάσης ἀνέχει τὴν πόλιν] ſuſtinet, h. e. attollit et ſublimem tenet urbem, ſuſpen-

ſuſpenſam ex omni parte. ἐκ πάσης, ſubaudi προσόψεως.

235. 3 ὁ Μέλητος καλλίπαις. filius egregius Meletis. Homerus is eſt. καλλίπαις idem eſt atque ὁ καλὸς παῖς. Cogitavi quoque οὐχ οὕτως ὁ Μέλητος καλλιεπής. non ita felix in pangendis carminibus eſt Homerus, Meletis filius. ut τὰ ἔπη *carmina* τοῖς λόγοις orationi proſae opponantur, et ὁ καλλιεπὴς τῷ εὐτυχοῦντι ἐν τοῖς λόγοις. 10 ἐξώπιος] paulo ante dixerat portum, qui ex urbe ſua Smyrnaeus appelletur, ita ei eſſe proprium, ut alii nulli urbi conveniat. jam videtur in oppoſitione ludere, cum dicit, eundem tamen eſſe mare ἐξώπιον extraneum, externum, alienum, quale appareat mare in medio vaſto mari navigantibus, quaſi nihil ei cum urbe commune eſſet. 11 οἱ πτυκτοὶ, *complicatiles*. 13 περίπλων. 15 αὐτὸς γὰρ κρινεῖς] ipſe enim judicabis praeſens teſtis et ſpectator, ſitne καλὸς κἀγαθὸς honeſtus et bonus, quem eum ajo eſſe. et adhuc meliorem eum facies, cum praeceptis exemploque tuo ipſi ad praeſtantiſſimam virtutem praeibis.

AD ORATIONEM PANEGYRICAM CYZICENAM.

236. 4 τελειότατοι] perfectiſſima tempora,

tam

tam cumulatae et redondantia bonis, ut eis ad felicitatis complementum nihil deſit. *ibid.* cauſa vero, quae me privatim et prae aliis impellit ad dicendum, eſt maxime perſpicua et controverſiae expers, atque cum meo vitae genere conjuncta. ἐναργὴς tam perſpicua, ut nemo dubitare queat, neque contra dicere, mihi non idoneam dicendi cauſam fuiſſe, neque ipſe ego dicendi neceſſitatem ſubterfugere queam. 9 loco primi καὶ lego ἐν. monſtravit Aeſculapius, quam facile ſibi ſit vel illas expedire difficultates, in quibus homines omnes ſibi occluſas et inacceſſas reperiunt vias, et unde ſe nullo modo expedire poſſunt, ne dum illas, quae cum moleſtae ſunt atque ancipites, nullam tamen deſperandi neceſſitatem afferunt. 11 apparet quidem ſubitariam et ab imparato effuſam eſſe commentationem, non quod inelegans ſit, aut Ariſtide indigna, ſed quod multum infra argumenti majeſtatem ſubſidat, et in aliena re paene tota conſumatur. ab oratione in dedicatione templi habita non facile laudes imperatorum exſpectes, tam uberes quidem illas et ſplendidas, ut reliquum argumentum obruant et abſorbeant.

.237. 5 f. ὥστε πῶς ἂν εὐδαίμων? qui ergo fiat ut felix ne ſit Cyzicum. *ibid.* τῆς recte abeſt a Barocc. 7 ἐπωνυμίαν] in Apollinis oraculo illo, quo imperata eſt Cyzici conſtructio, appellata eſt ea urbs ἡ εὐδαίμων. hoc cogno-

gnomen auctor appellat γεγονυῖαν ἐπωνυμίαν, *conveniens et aptum cognomen.* 12 recte habet ἐφέντες: Conſtructio eſt ἐφέντες τὰ νῶτα τῇ ὠρίᾳ. ſic enim eſt exarandum, cum jota ſubſcripto. dativus enim eſt, et ſubauditur πνοῇ τῶν ἀνέμων. ſecundae aurae ſua tergora vel puppes navium permittentes, feruntur per inſulas urbi aſſitas in mare. 17 mare interius eſt apud Cyzicum Aegaeum, et mediterraneum, Pontus autem Euxinus eſt exterius.

238. 3 πορθμὸν] ſignificat Helleſpontum. *Ibid.* φύσει] Propontis medium tenet inter Pontum et Hellespontum; tam natura, major enim eſt Hellesponto, minor Ponto; quam poſitu. Circa κλ... deeſt aliquid. e. c. εἴωθε, vel ἐκνενίκηκ... 5 γῆ ἡ πᾶσα. quamcunque in parte... terra a Cyzico continens porrecta jacet in longitudinem et latitudinem immenſam, et copiis rerum omnium eſt inſtructa. 6 et talis, qualem eſſe τὴν ἤπειρον poſtulet aliquis, ſi quidem velit ſui nominis terra eſſe. Significat enim uſu vulgari voc. ἤπειρος terram continentem maritimam (*riperiam* appellabant aevo medio.) hoc autem voc. *infinitam*, *immenſam* terram ſignificat in origine. Patet nunc acumen hujus dictionis. 15 χεῤῥόνησον et χεῤῥονήσῳ. nimis crebra ſunt menda typographica in hac editione Anglicana; ſed hoc leve, majus illud, leg. eſſe εἴ τι, pro ἔτι. et ſi quid adhuc aliud eſt intermedium inter Cherrhoneſum terramque continentem.

Ita

Ita loquitur auctor ac ſi neſciret quid illud eſſet quod certe nuſquam eſt... 16 quod a parte cervicis ita continuata cum continente non eſt, ut ex hac in illam tranſiri pedibus queat, neque ex anguſto quodam terrae tractu apta eſt, ſed in longitudinem ἐπὶ μῆκος (ita leg. eſt) continenti praetenditur, ideoque utroque crure, tam boreali, quam auſtrali, quodammodo terrae continenti cohaeret. ex eo fit ut Scyrum — *ult.* ut poſſit hoc; obſcurum eſſe, atque fugere ſpectantium animadverſionem, vel fallere oculum, eam inſulam non eſſe. breviter: ut poſſit pro inſula haberi. 8 κατὰ κλήρους] ut in diviſione agri inter novos colonos pars cuique ſua ſorte aſſignatur: ſic templi hujus, quod quaſi [illegible] quoddam venerabile deorum omnium commune eſt, ſunt partes ſuae cuique deo propriae aſſignatae atque attributae, unumquodque numen in hoc templo ſuum habet νεὼν cellam, ſibi propriam, in qua ſimulacrum cum arula ſtat. 11 τῆς Ἀθηναίων πόλεως] h. e. τῶν θεσμῶν ἢ ἱερῶν τῆς Ἀθ. π. *ibid.* τὸ μὴ idem eſt atque ὥστε μή. poſt χρῆσθαι videtur ἢ deeſſe. non multum abſunt a ſacris Cyzicena Atticis, quo conſtet Cyzicenos ſua generis cum Athenienſibus communione non uti, niſi ad inſtituta optima quaeque. μὴ χρῆσθαι ἢ πρὸς τὸ βέλτιστον idem eſt ac, μὴ χρῆσθαι ἄλλως ἢ πρὸς τὸ βέλ. vel πρὸς οὐδὲν ἄλλο ἢ πρὸς τὸ β. Cyziceni erant origine Mileſia. Mileſii erant Iones. Erant ergo Cyziceni cum Athe-

Athenienſibus, qui Iones erant, cognati. *ibid.* ἤ γε ἄλλη. 14 recte dant codd. Barocc. et Bodlej. κέκτηται in ſingulari. 15 πόῤῥω ἔσω, ὅτε T. 16 ἐνστροφαὶ] receſſus, ſinus, μυχοί. 18 προϊέμενοι] boni curſores velocitate et robore praeſtantes, quamquam alios curſu inferiores atque tardiores non parum ante ſe currere ſinunt, eos tamen non aſſequuntur modo, ſed etiam tandem praeveniunt: αἱροῦσιν (ita leg.) vincunt, ſuperant. *penult.* poſt παρασχόντες deeſt αἱρεῖτε vel νικᾶτε. *ult.* κλυδώνιον] in ipſum jam deferor aeſtum, h. e. jam aggredior id dicere, quod dictu eſt difficillimum et maximum.

240. 16 νεὼν in accuſativo. 17 πόλεως] ſubaudi περίβολον. *antepen.* aut leg. τῶν τριωρόφων τριηρῶν absque καὶ, aut adſciſcenda lectio libri Barocciani. *ult.* ἡ νενομισμένη quae ex vulgari more nomen hoc gerit. δρόμοι ſunt deambulationes apſidatae vel concameratae, *Creuzgänge.*

241. 1 hi δρόμοι ſeu hae longae contectae deambulationes, accommodatae exercitiis curſus, videantur nunc non tam inſervire poſſe his exercitiis ſecundario uſu, poſtquam ſtructae ſunt, quamquam alio primario fine, ſed hunc ipſum in finem eſſe ſtructae, ut ſi quis corpus currendo vellet exercere, id facere poſſet. 3 καὶ ἐπαινέτας ſinſpectum. non eſt opus, ait, haec oratione ornare, ſed permittenda ſunt geometris et laudatoribus. Poteſtne laus

laus absque oratione confici? deinde ſi ἐπαινέτας ſcripſiſſet auctor, debuiſſet ſtatim poſt ad μετρῆσαι addere καὶ ἐπαινέσαι. quod ſecus factum videmus. 4 ſervari debebat vulgaris lectio μὴ ὐδὲ τύτοις. 7. τὸν ἄρισον]. fort. Trajanum ſignificat. ſed Maſſonus in vita Ariſtidis ad A. V. C. 920. pro Hadriano pugnat. ἐπεγράψασθε ſignificat, inſcripſeratis hujus templi ſtructuram, ut auctori et protectori, principi, omnium, qui quidem ad id temporis fuerant, optimo. 10 μείζω. et eo ducit lectio codicis Bodlejani μείζων. refertur enim ad καλά. 15 in cod. Barocc. pro ἐν eſt καὶ. num ergo leg. eſt εἰς μνήμην ἡκόντων καὶ λόγων. penult. ὅρον] ideſt ἀφορισμὸν, γνώμην βεβαίαν regulam certam, indubiam. ult. κοινωνίᾳ in dativo.

242. 2 τῷ λόγῳ τύτῳ] ideſt τῇ κοινωνίᾳ. terras et maria hoc vocabulo, communi puta, complexi ſunt, ſeu communiter regunt. 6 προσείλοντο. ſibi adſciverunt, collegas puta. alia res eſt verſu 8. ubi κοινωνὸν additur. 7 νῦν δὴ πρῶτον. vocabulis transpoſitis. 9 ἀρχὴν προλαβεῖν praecipere, h. e. ſolus habere imperium. 10 lectio vetus τοῖς ἦσι non eſt contemnenda. omnibus ſuis facultatibus, rebus omnibus in poteſtate ſua poſitis. v. p. 243, 2. 15 σὺν ἄλλῳ τῳ τῶν ἄλλων. aequa ſorte poteſtatis cum alio quocunque imperaturum non fuiſſe quibuscunque tandem hominibus univerſis, etiam non Aſianis. ult. probo εἰς et παρὰ

repo-

repoſitum. ſed lego ſic: *οὔτ' εἰ ὅσα ἀφίκητα τῶν ἔσω — εἰς ταῦτα εὐρόμενοι περαθῆναι παρὰ τῶν θεῶν.* neque ſi horum unusquisque ſeorſim pro ſe propriam adjeciſſet imperio ſuo acceſſionem omnes eas terras, quae intra Atlanticum mare aut propter aeſtus nimios, aut propter gelu intolerabile, ab humano cultu deſertae ſunt: impetrata ſcilicet a diis in eas terras trajectione.

243. 12 *ἀλλ' οἴκοθεν οἴκαδε ὡς ἀληθῶς* ut reſpiciat ad notum proverbium, de quo ſupra jam diximus. 13 codex Barocc. dat *οὐδέ τι*, non male. verum etiam vulgata recte habet. poſſit utraque lectio copulari. *ult. ἂν* hic eſt *ſi.* ut ſi vel maxime votis expetiti et impetrati a diis liberi nati ipſis eſſent.

244. 3 vulgaris lectio *τῶν αὐτῶν* poteſt defendi. praefero tamen lectionem ab Anglo praehabitam *τῶν αὐτοῦ.* in hoc *αὐτοῦ* ſubauditur *τινός.* notum et protritum eſt *τις* et *aliquis* in graeco et latino ſolere omitti. 6 *οὐκ Ἀτλάντις νῆσος.* valde celebres ſunt apud Platonem et veteres Atticos inſulae Atlanticae. v. Baudelot diſſert. de bellis Athenienſium adverſus incolas inſularum Atlanticarum, T. III. Hiſtor. Academ. Inſcription. p. 60. verſionis germanicae. 11 *παρέσχοντο.* 12 *καὶ τὰ τῆς π.* 15 recte vidit Canterus accuſativos hic requiri. malim tamen pro *ῥώμην* hic ſubſtitui *ῥύμην.* 18 f. *ἧς ἂν δεῖ.*

245. 7 f. γραφόμενα. 9 novi εἶναι interdum eleganter redundare. hic tamen plane delend. eſt. 12 τοσαῦτα. 15 τῶν δύο] ſignificat Aeſculapium et Sarapin. 18 poſt λόγῳ tacite a communi repetitur τούτων e verſu 17. vel potius addendum ἢ *quam*. planius quidem hoc atque ſimplicius. *ibid.* f. μιμηταί.

246. 8 οὐδένας ob ſequens ἱστάντας. aut ſimpliciter οὐδὲ leg. 9 recte dant codd. Bar. et Bodlej. αὐτόν. 11 παριόντων] qui ad dicendum in publicum prodeunt. 15 μὴ recte abeſt ab aliis libris.

247. 1 παρεῖναι repeti debet a παρίημι. 8 χαρίζοισθε, in optativo. 9 praefero βούλεσθε codicis Bodlejani. 10 recte dant libri vulgares ἔφην. 12 praefero συμβούλου e codd. Bodlej. et Baroc. et lego καὶ ταῦτ' ἀγαθοῦ χάριν συμβούλου. idque boni conſultoris gratia. ut fierem bonus conſultor vobis. ut ſalutaria vobis ſuaderem. ut nihil orationi deeſſet eorum, quae ineſſe orationi oporteret, ſed praeter laudes ea quoque adhortationem haberet. 13 punctum ad παρεῖναι revocandum. *ibid.* ὡς ἐκ τοῦ παραχρῆμα] qualia fere ſunt et eſſe oportet ſubitaria ex tempore meditata aut dicta.

AD ORATIONEM
IN MARE AEGAEUM.

248. 3 recte ed. Steph. ἡλίκων. 4 πρῶτον]

prima pars tractationis, quae verſatur in ſitu Aegaei, finit p. 249, 1. ubi altera de natura ejusdem incipit. 8 ἧς] aut ὡς *quoimprimum*, aut ᾗ *qua* vel *ubi primum*. poſterius videtur Canterus quoque conjeciſſe. 13 ἐπεὶ h. l. idem eſt atque ἔπειτα *deinde*, *porro*. *ult.* f. τὸν κάλλιςον, ſcil. ἀέρα, ſed vulgata quoque poteſt recta eſſe, ſi ſubaudiatur χωρίον vel μέρος.

249. 2 ſic diſtinguo et lego τεταμένον. Εἰ γάρ τις ἀκριβῶς — ἐξετάζοι, πανταχῆ καὶ εἰς κύκλον κλ. homini in orbem circumnaviganti. aut, ſi videbitur Ariſtides tmeſin non eſſe aſpernatus, καὶ περὶ κύκλῳ πλέοντι. 7 recte dat cod. Barocc. γένοιο. 9 καὶ] l. πρίν. non enim tale hoc eſt pelagus, quale illud Homericum, vaſtum et ab hominibus deſertum, per quod tranſire prius neceſſe ſit, quam ad locum aliquem cultum perveniatur. quapropter etiam illud iter nemini deorum jucundum ſit ob ſolitudinem. Servato καί deberet addi οὕτως, ut ſit διελθεῖν, καὶ οὕτως ἐπί τι τ. οἰκ. 14 κατάρας non convenit. καταίρειν enim dicitur de appellentibus navem in portu. hic autem de ſolventibus, et e portu in altum egredientibus ſermo eſt. quod ἀπαίρειν dicitur. num ergo κατ' ἄκρας *omni vi et ſtudio*. ſed non video quae ſit h. l. vocis hujus vis. Sententiae eſſet accommodatius κατὰ ξηρᾶς *per terram continentem*. quo admiſſo deberet comma ab ἀκτὴν promoveri poſt ξηρᾶς. In ἀφεῖναι ſubauditur τὴν ναῦν aut τὸ σκάφος. 15 urbes

harum inſularum inter ſe tantum diſtant, quantum etiam terrae continentis urbes inter ſe diſtare ſolent, intervallis villarum et camporum diſtinctae. 16 mireris unde illa maſculina, φοβερώτατος, ἡμερώτατος, κινούμενος, διαφυλάττων, ἔχων, cum omnia ad Aegaeum mare redeant, quod eſt generis neutrius. verum, quamquam ſaepe τὸ Αἰγαῖον occurrit, πέλαγος puta, reperitur tamen etiam ὁ Αἰγαῖος, ſcil. πόντος. memorabile eſt exemplum p. 250. pen. τὸ τοῦ Αἰγαίου [ſcil. πόντου] πέλαγος. et p. 251, 1. τῶν πελαγῶν οὗτος [ſcil. ὁ Αἰγαῖος] ὡραιότατος. vel *Aegaeus* eſt nomen proprium illius numinis, in cujus poteſtate illud mare olim eſſe putabatur. v. finem hujus orationis. 17 ſic diſtinguo. κινούμενον, μάλιστα καὶ σώζει, τὸ θεῖον δ. et ita quoque in latinis Canteri eſt diſtinctum. *penult.* Aegaei maris δῶρα καὶ γεννήματα ſunt inſulae in eo ſitae. mare enim illas cum peperiſſet, humano generi donavit incolendas. *ult.* ἢ] l. καί. 250. 6 ἱερώτερον. 8 harum inſularum ſpiſſe per mare Aegaeum veluti diſſeminatarum eſt ſpectaculum ſimile cymbarum in mari ſtantium magis, quam natantium illarum, puta cymbarum, quae per aeſtatem, mari nondum a Zephyris inhorreſcente, id quod autumno ineunte fit, operam dant piſcatui. ex ejusmodi inſula ſi in mare proſpicies, deſinet tibi oculus in inſula, h. e. navem videbis omni ex parte mari cinctam ſive e puppi, ſive e prora, ſive ex utrolibet latere deſpicies. 13 f. αἱ ἐσχάται

τῶν ἐλάφων καὶ τῶν παρδαλέων δοραί. 14 οἷσπερ] f. leg. ἧς περιλάμπεται — ut ἧς redeat ad γῆν verſu 13. cujus terrae ſplendore irradiatur omne iſtud mare.

251. 4. f. διαφερόντως μὲν εὔοινος, διαφερόντως δὲ εὔφορος καὶ σίτε. 8 παρεχόμενος. deinde καὶ recte abeſt a codice Barocc. f. ſic leg. et diſtinguendum eſt. παρεχόμενος ἐνοίκοις ἑαυτῦ, καὶ ἐμπόροις ἐπικερδής. praeſtat vitam beatam incolis ſuis, qui omnem in eo aetatem degunt; et mercatoribus, hoc mare exercentibus et in eo ad tempus commorantibus, eſt fructuoſum. 10 ἀρχαῖς. ut pulcrorum corporum primis poſtrema quoque conſentiunt, aut venuſtate reſpondent. 12 recte dat codex Barocc. ὃν. quod fretum obundans efficit peninſulam. Conſtructio eſt haec. περὶ ὃν πορθμὸν ῥυεὶς ὁ Αἰγαῖος. 15 τὸ Αἰγαῖον πέλαγος. 16 f. τῦτο. quia praeceſſit πέλαγος. alias vulgata eſſet vera. *ult.* recte dat cod. Barocc. αὐτὸν, id eſt ἐμαυτὸν. me ipſum meosque convectores.

AD ORATIONEM
IN PUTEUM AESCULAPII.

252. 6 ἐπὶ τῦ αὐτῦ φρέατος) aut vitium latet in αὐτῦ, ut aliud vocabulum ei ſubjici debeat, e. c. καλῦ, vel τῦτυ, e p. 254, 4. aut plane cum veſtigiis eliminari debet. 9 ἀποχρήσει. 10 μὲν] l. γὰρ. 11 χρὴ τὸ τῶν θνψ. *ibid.* τε] l. τι. 12 ἔργον Aeſculapii

 erat

erat ille puteus, quia ejus aqua aegros levabat ſive pota, ſive lavacris adhibita. ἔργον alicujus eſt, cum ipſa quotidiana exercitatio et factitatio artis, quam quisque profitetur; tum inſtrumentum artis, ſeu res illa, vel materia, in qua perficienda ars elaborat. ποίημα autem Aeſculapii erat idem ille puteus, quia Aeſculapius eum invenerat, creaverat, e terra produxerat in conſpectum hominum, eosque uſum ejus et praeſtantes vires docuerat. p. 255, 7. puteum hunc Aeſculapii εὕρημα καὶ κτῆμα appellat. *ult.* ἐκφανέσατον. ut etiam Jebb conjecit.

253. 1 ſic diſtinguo et lego. καὶ γὰρ οὐχ, ὥσπερ ἄλλοι ἄλλοις τόποις θεοὶ, ἐξ ἀρχῆς ἐγγενής ἐστι. non enim Aeſculapius indigena hujus loci eſt, ut aliorum locorum ſunt alii dii. 6 δὲ] l. δή. 9 aut ἀλλὰ cum ἄλλου eſt mutandum, ut ſit ἱερώτερον ἄλλου, ἀπ' αὐτῶν — aut plane eſt delendum. 10 f. ὅτι ἀπὸ ὑγιεινοῦ καὶ τοῦ τῆς ὑγιείας χορηγοῦ χωρίου φέρεται. 12 ῥεῖ ὂν] ῥέον uno vocabulo. 15 αὐτόχυτον eſt *perenne*, ut Canterus vertit. ſed ea ſignificatio huic loco non convenit, cujus ratio potius requirit, quod merum, ſolum per ſe, absque acceſſione alius condimenti bibitur. f. leg. αὐτόχυμον. vocabulum id eſt Pindaricum, in quo illa, quam dixi hic requiri, ineſt ſignificatio. v. p. 255, 17. 18 mireris a re tam obſcoena ductum ſimile ad rem tam gravem atque ſanctam eſſe traductum. *ult.* ἀνθισάμενος repeten-

tendum ab ea ſignificatione verbi ἱστᾶναι, quae *ponderare* notat. *contra appenſus.*

254. 3 ἀλλ' ἀπαντληθὲν τὸ ὕδωρ. et id Canterus quoque videtur conjeciſſe. 6 verba μὴ φθάνῃ καταλαμβάνον ſignificant ad literam, *ne praeveniat accedens*, h. e. ne prius accedat aqua, quam ipſi diſceſſerint. volunt autem hoc, ne puteus redundet, et marginem excedat, interea dum ipſi hauriunt, ſcaturigine ex infimo fundo ſumma vi ſurſum nitente, et in ablatae locum aquae ſuccedere geſtiente. qui niſus aquae tanto fit major, quo pondus incumbens minuitur hauriendo. 16 ſcio μόνον ſaepe omitti. ſed hic tamen id aegre fero abeſſe. videtur utique Ariſtides dediſſe. οὐ δ' ἀντέστραπται μόνον πρὸς τὰς ὥρας τοῦ ἔτους. neque ſolummodo adverſatur frigore et calore anni tempeſtatibus. reſpondet huic οὐ μόνον ſequens ἀλλὰ καὶ verſu 2. p. 255. 19 αὐτῷ] ſubaudi τινὶ. porro ſic diſtinguo et lego. καὶ ἑτέρους ὁρῶντι τοῦτο μὲν — reſpondet ſequens p. 255, 1. τοῦτο δὲ. *penult.* περιεστηκότας.

255. 1 τοῦτο δὲ] ſubaudi ὁρῶντι e fine paginae ſuperioris. ut paulo ante praedicaverat illius putei vim refrigerandi per aeſtatem, ita nunc praedicat ejusdem vim hieme refocillandi et excalefaciendi. κρυστάλλου πεπηγότος eſt deſcriptio brumae acerrimae. cum omnes circum illum puteum rivi et fontes late rigent gelu concreti, tum, ſi quis manum in hunc puteum immittat, et hac aqua lavet, novum calo-

rem ſentiet alacritatemque inſolitam. 3 τῷ careat accentu. 12 καὶ primum delendum. 13 efficit ut homines bene valentes, qui hac uſi ſint aqua ad bibendum et lavandum, quotidie, poſtea in aquarum reliquarum nulla quacunque tandem acquieſcant, neque reperiant aliam, de qua nil querantur. 17 αὐτόχυμον πέτιμον] quod vel merum, absque alius liquoris acceſſione, potui eſt. cujus nativus liquor vel ſolus ad bibendum idoneus eſt, neque opus habet adventitii ſaporis condimento. Canterus hic ſuadet αὐτόχυτον, e p. 253, 15. ſed differunt, ni fallor, haec duo inter ſe. αὐτόχυτον eſt, quod ipſum funditur, vel ipſum ſemet ſua ſponte effundit, ultro libere promanat, absque alterius diſpenſatione vel ſubminiſtratione; ſic, ut non ad tempus fluat, alio defecturum, ſed jugiter. ſed αὐτόχυμον eſt liquor ſibi permiſſus et relictus ut erat a principio, nullo peregrino admixto.

256. 2 fontem aut fluvium Cnidium nullum novi, metuoque ne vitium huic nomini inſit. 4 παραβάλοιμ' ἂν τ. ταύτην τὴν ψῆφον.

AD ORATIONEM IN TEMPLUM ELEUSINIUM.

256. 6 quis adeo demens ut neſciat ubi terrarum agat, aut, quis adeo eſt ab hominum

minum elegantium conſortio alienus? vid. p. 265, 2.

257. 2 φάσμασιν] hic aut ſubaudiri debet ἐςὶ, aut potius deeſt ἐάσθω. ſinatur, relictum eſto in ſpectaculis nefandis. Priori ratione ſic eſſet interpretandum: quae quidem ad oculorum ſenſum et judicium pertinentia beati cum viri tum foeminae ſpectarunt, ea ſunt in numero oſtentorum ſacro ſilentio tegendorum. 14 conſueta ratio poſtulat οἱ μὲν, ut ad Eumolpidas referatur. non raro tamen omittitur, quamquam οἱ δὲ ſequitur. 18 παρ' ἡμῖν] domi meae, in patria mea.

258. 12 comma poſt Κορίνθιοι ponendum, poſt ὅπλοις delendum. alteri cum alteros vi et armis deviciſſent atque depuliſſent. 15 ἀποςερεμένων] ſubaudi τῶν παλαιῶν δικαίων τῶν αὐτοῖς προσηκόντων. non contemnendum ſignum et argumentum, unde colligatur Jovem illi loco illisque ludis praeſidere, hoc ab ipſo Jove editum aderat, audacia puta inſolita et victoria illis parta, qui antiquo jure ludorum edendorum privabantur.

259. 3 φωναὶ] ſignificat illas urbium graecarum honorificas, alias aliis proprias appellationes, ut ἡ καλλίνικος, ἡ καλλίπαις. ibid. recte addit cod. Barocc. δὲ. 8 f. μή τι γε δὴ [ſubaudi e proximo ἐγανώθη] εἰ ἐν προσθήκῃ τ. σ. nedum ſi quis ea ſpectaret tanquam acceſſionem vel appendicem aliorum, ad quae eſſet admiſſus, multo auguſtiorum ſpectaculorum. h. e.

quid neceſſe fuit fieri ei, qui iſta ſpectaret tum, cum ſacris Eleuſiniis initiaretur; cujusmodi initiationum acceſſio erat et πάρεργον demonſtratio ſignorum in tectis et faſtigio illius templi exſtantium, quae etiam ab alio quocunque tametſi non initiato poterant e trivio, quovis tempore, ſpectari. *ibid.* recte dat cod. Bar. τό γε. 13 reſpicit ad Eleuſinias, fabulam Aeſchyli. v. Fabric. B. G. T. I. p. 610. 14 πάγας ὑποκύρως dixit audaci et tragico tropo Sophocles, *laqueos ignitos*, illas taedas ardentes, quibus protenſis Nauplius claſſem graecam nocturna tempeſtate jactatam ad ſcopulos Euboeae alliciebat. 15 non contemnendum eſt ἀπέσβητε codicis Barocc. apparet templum fraude incendiariorum conflagraſſe. ſed orator mihi videtur illud incendium chriſtianorum ſceleri imputare. id quod haud obſcure e fine orationis colligitur. 18 οἷ] l. ὅ. templum tibi ſupereſt quaerendum, h. e. id unum tibi reliquum factum eſt, ut quaeras, ubi loci quondam templum tuum ſteterit. nam λείπεται ζητεῖν ὁ νεὼς idem eſt ac ſi dixiſſet λείπεταί σοι ὁ νεὼς πρὸς τὸ ζητεῖν. *penult.* πρόῤῥησις] quaenam illa praedictio? videtur Canterus πρόσρησις legiſſe. vertit enim ῥ *ſalutatio.* at ne vel ſic quidem profecimus. quaenam enim haec eſt ſalutatio? videtur *invitatio* aut *denunciatio* eſſe Eleuſinienſium ad omnem Graeciam, quo frequentes homines graeci utriusque ſexus Eleuſinem convenirent, et initiandos ſe-

darent.

darent. Morem enim fuiſſe graecarum urbium, penes quas magnae celebresque religiones peragerentur, ut dimiſſis quaquaverſum legatis totum nomen graecum ad earum religionum participationem invitarent, conſtat e Polybio, ne alios appellem.

260. 4 *νῦν γε δή.*

AD ORATIONEM
IN SMYRNAE EXCIDIUM.

ibid. verſu 1. *ὦ Ζεῦ, τί χρήσομαι?*] ſubaudi *ἐμαυτῷ.* quam ad rem ipſe memet utar? h. e. *τίς γένωμαι?* quid agam? quid me fiet? 6 *μήκιςα μηκίςων*] dubium eſt Canterus legeritne *μέγιςα μεγίςων*, an vulgatam idem ſignificare crediderit. Conjeci aliquando *οἴκτιςα οἰκτίςων.* *antepen.* *Θησεύς*] v. p. 264, 17. et p. 270, 9. *penult.* recte cod. C. N. et Barocc. *καὶ διά.* *ibid.* *λογίων περιηγήσεις* ſunt expoſitiones virorum eloquentium de antiquitatibus et decoribus Smyrnae. ſi ſic accipias, erit *αἱ* leg. pro *καί.* ſi autem *καὶ* ſervatur, erit *λέγων* leg.

261. 1 *ἀρθμοί*] f. *ῥυθμοὶ* aut *ἀριθμοί.* 6 *παριςάν.* 10 f. ſic eſt conſtituendus locus. *οὕτω σοι τῇ πρότερον μὲν ὡραιοτάτῃ πόλεων, νυνὶ δ' ἀωρίας, περιῆν ἀφ' ὅτου τις ἂν ἀεὶ θεωροίη. νῦν δὴ τὸ κάλλιςον εἶδος παρέξαι δοκεῖν, τοῦτο μὲν ἐξαίφνης ἐκφανείσης ἀπαντικρὺ γιγνομένῳ.* ita tibi olim pulcherrimae urbium, nunc merae deformitati,

abunde

abunde erat, unde te quis ſemper admirabundus intueretur. Jam licet animo complecti pulcherrimam ſpeciem urbis modo ſubito ſpectatori adſtanti oblatae, modo — 14. f. παρὰ μικρὸν ἐγγὺς ἐλθεῖν vel ὁμȣ̃ ἐλθεῖν, aut προσελθεῖν. *ult.* recte cod. Barocc. καλλίχορον.

262. 1 πτῶμα] f. σῶμα. ο corpus Aſiae, id eſt o tota reliqua Aſia. aut ὦ πολίτευμα. graecae enim urbes Aſiaticae unam gentem civitatemque conſtituebant, et iisdem legibus atque inſtitutis utebantur. non deplorat hic Aſiam, ſed evocat ad lamentandum. 7 δευτέρων σχετλιωτέρων] alludit ad proverbium δευτέρων ἀμεινόνων, quo paſſim utitur, ut paulo poſt, p. 269, 12. ſubauditur μετὰ. In fatis igitur erat, ut Graeciae cantareris tu quoque, ſed ita, ut poſterior de te cantilena lugubrior eſſet, quam prior, ſeu, ut poſterior eſſet lugubris, cum prior fuiſſet hilaris. 8 recte dat cod. Barocc. ἐναγισμάτων ἡμέρα et ἀποφρὰς. ο dies, qui univerſo graeco nomini tamquam exſequialis, funeſtus, nefandus eſt! et ſic quoque Canterus vertit et correxit. 11 reſpicit ad Smyrnam primam et antiquiſſimam. v. p. 229, 13. et 260, *antepen.* et 270, 10. olim, ait, cantabatur apud Smyrnam fatum primae et antiquiſſimae urbis, ut terra hauſta et undis obruta eſſet. Erat id prooemium et velut omen fati, quod hanc urbem manebat. 13 πάντας οἰωνȣ̀ς εἰς πῦρ ἅλλεσθαι] alludit ad dictum aliquod Tireſiae apud Sophoclem.

AD

AD PALINODIAM.

263. penult. ſi poteſt ad exemplum referri. h. e. ſi poſſum factum meum allegatione illuſtris alicujus exempli defendere.

264. 2 λόγυς] hi ergo ſermones perierunt? 3 ὑπὸ an ὑπὲρ legas perinde eſt. illud ſignificabit, ob doloris vehementiam, hoc, ob magnitudinem hujus calamitatis. *ibid.* ἀνταρκέσαι. praefero quoque ἑαυτὸν e cod. Barocc. 5 τακτῶν] l. τὰκ τῶν duobus vocabulis, ideſt τὰ ἐκ τῶν. et id Canterus etiam expreſſit. 8 ὑ[illegible]. 9 δὴ] l. δὲ. ut recte dat cod. Barocc. ἀναφέρειν hic non eſt, *referre aliquo*, ut paulo ante, ſed ἑαυτὴν ἀναφέρειν (h. e. ἀνεγείρειν, ἀναςῆναι) εἰς τὸ ὕψος ἐκ τῦ πτώματος. e caſu, lapſu ſe attollere, reſurgere. 16 ἐπιγράψασθαι] eos vobis inſcribere, eos auctores allegare, prae vobis ferre, dictitare, eos eſſe veſtrarum auctores fortunarum. v. ad p. 241, 7.

265. 1 praefero e cod. Bar. εἰ μὴ καὶ, et verſu 2. ὑπὲρ. 5 f. Ἀλέξανδρος μὲν ὕπνον ἀφῆται. aut ſi vulgata hic ſervatur, delendum eſt verſu 6. ἔχων. 7 τὸν ἐςῶντα.] ſignificat legationem a Smyrnaeis Romam ad Imp. miſſam. v. p. 266, 7. 11 quaſi urbis hujus Smyrnae remp. adminiſtrarent, et ordini ejus ampliſſimo adſcripti eſſent. 12 ὑπ' ἐλπίδων ἐκκλυν καὶ εἰς χειρῶν β. 13 ἐπαγγέλλεσθαί τινα eſt aliquem evocare, excitare imperio et

polli-

pollicitationibus. poſt ἐνοχλήσειν videtur ἔφασκεν deſiderari. ſed poteſt quoque ſubaudiri. 14 comma a λέγειν revocandum ad βουλώμεθα. juſſere nos declarare, ſi quid praeterea confectum indultumque vellemus. 15 συνεχείας] cum hac tot officiorum continuatione, aſſiduitate ſtudiorum. ita conjungit Demoſthenes in orat. pro Corona (p. 344. C. edit. Epiſcop.) ἡ ἐμὴ συνέχεια καὶ πλάνη, καὶ ταλαιπωρίαι. niſi haec interpretandi ratio durior atque coactior videatur. mihi quidem diſplicet, ſuſpicanti in h. v. ineſſe vitium. num συντελείας. hac tanta collatione, contributione. συντελεῖν dicuntur illi, qui vel ultro, vel coactu magiſtratuum et legum numos conferunt, ad grandem aliquam ſummam conficiendam. Imperatores itaque, qui tum erant, ad efficiendam Smyrnae reſtaurationem συνετέλουν ταυτηνὶ τὴν μεγίστην συντέλειαν. Conf. p. 268, 5. *ibid.* praefero δέῃ e cod. C. N.

266. 3 aut λέγειν aut φᾶναι delendum eſt. prius abeſt a duobus codd. Anglic. 12 χορῷ] ſignificat ſenatum Rom. qui mandata Impp. ad provincias proconſulares, quo in numero Aſia minor erat, proxime, absque aliorum interventu, ab ipſis Impp. accipiebat, et ſic deinceps ad proconſules ablegabat. coetui, ait, libenter Imperatoris mandata ſuſcipienti. 18 aut μήποτε σφόδρα leg. aut οὕτως ἐγενόμην. *nunquam fiam*, aut, *nondum factus ſum.* — *ult.* codices alii χώρας, alii ὥρας dant, alii denique μοίρας.

ρας. quibuſcum facio, et lego τῆς ἀγαθῆς μοίρας ὥσπερεὶ κλῆρός ἐςι. quod urbs noſtra ſecundae fortunae quaſi ſors aut peculium ſit.

267. 5. tunc ſilebatur, aut non jactabatur ſermonibus, quod alias omnium ore canebatur, Athenas graeci nominis columen eſſe. 8 ἃ *quae*. 11 recte dant c. B. et C. N. κόρον. praeterea quoque ὀφθαλμοὺς leg. quorum contemplatione oculi ſatiari nequeunt. *ibid.* διατριβῆς] ſubaudi a communi κόρον. ſententia eſt, ἐν οἷς διατρίβοντες τὸν χρόνον ὀυκ ἐδύναντο κορεσθῆναι. 14 quid officiorum, quae cogitando quidem inveniri poſſunt, a vobis omiſſum eſt? 18 ἀγοραὶ] commeatus, alimenta. pen. ἑκατέρωθεν] ex utraque continente, tam Aſia, quam Graecia. v. p. 268, 5.

268. 2 recte dant codd. B. et C. N. τῶν. unde leg. παραπλήσια δὲ καὶ τὰ τῶν aut καὶ ἀπὸ τῶν. paria quoque erga vos proficiſcebantur ab illis, qui opibus quidem illis inferiores eſſent. 4 ταύτην τὴν χάριν. 6 τούτου γε ἕνεκα. ſubaudi ὅτι ἐδίδετο προθύμως non accipiebantur ideo ſtatim, quia libenter et benevole dabantur. 12 recte καὶ addunt codd. B. et C. N. 13 verba in ſe quidem infauſta et neſanda, jam vero, quia dolor ea expreſſit, excuſanda, et vel laudanda etiam, ut tempori conſentanea. 16 recte dant iidem codices ἀναβιώσκεσθαι. penult. τρίτη] non conſentiunt haec cum p. 270. ubi urbem a Theſeo conditam ſecundam

ordine

ordine temporis, et ab Alexandro conditam tertiam facit.

269. 1 non ſatis intelligo dictionem φύσις πόλεως γέμουσα δύο πόλεις ἀρχηγέτιδας. praeſertim in γέμουσα haereo. Canterus reddidit *cum duas praeberet originis auctores*. probarem ſi eſſet παρέχουσα. 2 non contemnendum πάλιν αὖ codicis C. N. *ibid.* κατακοσμεῖται] ſcil. ἡ πόλις. ſi autem ad *portus* refertur, leg. erit κατακόσμοῦνται. ſed recte habet vulgata. urbs deinde illo ſuo priſtino *mundo* exornatur. Eſt autem mundus urbium, in aedificiorum, praeſertim publicorum magnificentia, copiis, multitudine, privata domeſtica ſupellectile lauta, et aliis. 4 ὑπὸ ϛεφάνων] ſuntne Stephani apud Graecos numina florum, ut Flora eſt apud Latinos. Paene ab hoc loco in eam ſuſpicionem inducor. 8 συνθύσοντες, et id quoque videtur in codd. B. et C. N. fuiſſe. 10 ἀμφότερα] ſcil. τὰ ἔδη. τὴν τραφερὰν ἢ ξηρὰν, καὶ τὴν ὑγρὰν. continens ſolum et mare. 12 f. καὶ βεβαιοτέρων, ἐς τέλος.

AD ORATIONEM AD COMMODUM IMP. APUD SMYRNAM.

269. 1 οἷαν κατέλιπες] ſcil. tum, cum ante illum terraemotum, qui Smyrnam nuper evertit, una cum patre tuo ibi fuiſſes, urbemque,

quae-

quae tum erat, ſpectaſſes: eoque facto rurſus Romam redires. v. p. 270, 8. ubi primum illud Commodi ad Smyrnam deverticulum, cum patris comes eſſet itineris, commemorat.

270. 2 recte dat cod. B. ἀίρεσθαι et verſu 4. μὲν addit. 5 cum enim inſperato rumore de Smyrna everſa ad nos allato, ad optimos principes ego primus ea de re retuliſſem (illa epiſtola, quae p. 512. legitur) tanta diligentia atque feſtinatione, ut inter adventum rumoris et relationem meam plus temporis non paterer, quam unam noctem, intercedere, h. e. altero ſtatim die ſcripſi de clade Smyrnae ad Impp. poſtquam ad Pergamum eſſet ejus rumor allatus. 12 δευτέρων δ' εὐφημιῶν. pendent hi duo genitivi ab ἀρχηγέτης. bonorum autem votorum verborumque et congratulationum auctor fuit. deſignare videtur auſpicia, quae capiebantur cum novae urbis fundamenta ponerentur. 14 f. ὕστερον ὡς [vel οἷον] εἰς οἰκείαν εἴσοδος. 16 *decantata in Cataplis.* appellabantur Catapli libri, in quibus deſcripta erat ratio navigationum ad oras maritimas, urbium et portuum celebriorum ſitus indicati, et res cuique propriae, cognitione et inſpectione dignae, merces item, quae in portu quoque venirent, et alia, quae in ejusmodi libris traduntur, quos Batavi *Weſſel Styl* appellant. Quem hic attingit eventum, eum jam p. 230. narravit. *pen.* ἡγήσατο. *ibid.* recte addit codex Barocc. καὶ forum, et deorum fo-

 rum,

rum, ſeu domicilium, h. e. templum Pantheum. Poteſt tamen vulgata defendi, ſi Pantheum illud Smyrnaeum in foro fuit, ut fuiſſe videtur.

271. 8 *παντοίων*] f. *ποντίων*. non eſt hoc idem cum ſuperiori *γῆ θάλατταν δέχεται*. ibi enim de terra univerſe, hic de urbibus ſeorſim. 10 recte deeſt *ὁ* aliis libris. unde leg. exiſtimo *παρ᾽ αὐτῆς τῆς Ἀσίας κόσμος*. quantus ab ea ornatus, quantum decus ad Aſiam proficiſceretur. 11 *ὑμῶν*] f. *ἡμῶν*. ideſt, *τῶν ἡμῖν ἐπιτεταγμένων*. *proconſulum noſtrorum*. 17 non habet *ἔχων* quo referatur. f. leg. *ἔχουσα*, ut referatur ad *πόλις*. *πρὸς χεῖρας ὤρεξε τοιούτους ἔχουσα τοὺς τ. ὅ. π.* cum tempus veniſſet ejusmodi, porrexit urbs jacens manus illi, qui eam ſublevaturus eſſet, quippe quae haberet principes ejusmodi. *ult.* codex Barocc. dat *περὶ*. i. e. non enim totus ſermo noſter verſabitur in ſolis aedificiis. ſed vulgata recte habet. non omnis noſtra oratio proficiſcetur et repetita erit a ſolis aedificiis urbis.

272. 7 *ὡς* hic eſt pro *ἄλλως*. *καὶ* eſt e cod. Barocc. adſciſcendum. idem recte verſu 18. addit *δὲ* et *μείζω* exhibet.

273. 12 *περὶ τοῦ Μέλητος*. 14 f. *τοῖς πᾶσιν, ὥσπερ ἄλλην τινὰ, καὶ ταυτηνὶ τὴν μοῖραν* oportebat tamen ni fallor univerſae de Smyrna tractationi etiam hanc partem orationis, ut aliam quampiam, ſervari, ſeu, non praeteriri. *ibid.* punctum commate mutandum.

dum. nam συμβαίνειν cohaeret cum διατρίβαις. congruit tuae circa Smyrnam commorationi renovatio paternae poteſtatis penitus. obſcurior haec dictio ſignificare videtur hoc. cum olim Smyrnae una cum patre verſarere, nullae adhuc erant tuae in rep. gerenda partes. Nunc autem, quum redis ad Smyrnam, ipſe ſolus imperas, ſed ita, ut reddidiſſe patris imperium, et nullum nobis reliquiſſe ejus deſiderium videaris. 16 multae ſunt urbi [Smyrnae] oportunitates utriusque fortunae.

AD ORATIONEM SICULAM PRIMAM.

363. 4 f. προχείρως ἔχειν πρὸς τὸ αἰτιᾶσθαι pronus et propenſus eſſe ad criminandum. *ibid.* πλείων. 7 εἰ delend. 12 παρ' ἡμᾶς. noſtra cauſſa. res in Sicilia, propterea quod lugeamus et affligemur, nihilo meliores, neque alias fore, quam ſunt. in οὕτω διάκειται ſubauditur, ὡς διάκειται. poteſt quoque legi παρὰ τὰ παρ' ἡμῶν. ob ea, quae a nobis fiunt. hoc eſt ob luctum noſtrum. *penult.* οἷς]. l. ὡς.

364. 5 αὖ] l. ἄν. undenam otium nacti eſſent Syracuſani auxilium arceſſendi, non dicam hoc, ſed vel ullum aliquod. 6 aut ſi juſſi et appoſiti aditus obſeſſae urbis obſervare et claudere, praeſenſo, fore, ut auxilium obſeſſis adveniret, prohibuiſſent id ab urbis aditu, neque ſiviſſent Siculos ad potentiam no-

ſtrae parem pervenire. lego ſcil. τοῖς ἡμετέροις ἐξισῶσθαι. 10 ſive hoc modo Nicias ſive alio in Siciliam venit, res ideo ſecius non habent, quam reapſe habent. 15 poſt παῖδας videtur φαίνεσθαι deſiderari. neque pueris nos ſimiles gerere; aut deeſt μεταπηδᾶν vel γνωσιμαχεῖν. 16 ἰσχυρὸν] rata et omnium conſenſu comprobata eſt, uſuque viget ea ſententia, oportere decretis inhaereri, finemque contentionum in eo eſſe, quod aliquid latis ſuffragiis juſſum ſit. 19 ἐφ' ὑμῶν per vos ipſi ſoli. v. p. 367, 7.

365. 2 καὶ ſecundi loco ſuaſerim potius τοὺς. 9 ſuſpicor hic lacunam ſubeſſe. nam ἀμφότερ' εἰπεῖν ἐστι non intelligo, et pendet quoque οἳ verſu 6. Dolendum hujus, qui ſecundus eſt ex Stephani diviſione, tomi libellis nullam e bonae notae libris opem acceſſiſſe. 12 οἴονται] quod exiſtimant aliqui, omnes ejusmodi rationes erant magis hominum, nos ad tantam rem ſuſcipiendam impellentium, quam, ut viſum nonnullis fuit, diſſuadentium et impedientium. *ibid.* περίπλους. quod circumdata eſt mari omni ex parte, undique ſepta portubus, et patens navibus. 15 aut primum aut ſecundum καὶ eſt delendum.

366. 1 καὶ τὸ παρ' ἐλπ. ſimulant homines metu in anguſtum contractos, animis dejectos, alas veluti demittentes. 4 f. καὶ πλείονος, καὶ ἐξετάσεως. opus habebat forſitan ampliori conſideratione atque inquiſitione. καὶ primum elegan-

eleganter redundat, ut in καὶ ἅπας, et in numeris. 5 ἢ καὶ καταπρᾶξαι δύνασθαι εὖ βεβουλευμένους. caeteris deletis, quae ſunt aut ſcholium, aut varians lectio. 8 τούτου. deinde τοσαῦτα poteſt defendi. mallem tamen τοσαύτας, ſubaudi μάχας. tandem comma a νενικήκαμεν ad ἑξῆς promovendum eſt. cohaerent enim illa duo: abſurdum eſt, exiſtimare quidem nos, decere nos propterea bono eſſe animo, quod tot victorias continentes ſimus adepti — 9 δὴ] l. δὲ. 10 ἄφυκτον] rurſus autem, quod una aliqua pugna ex voto non ſucceſſerit, id in calamitate ponere, unde exitus nullus pateat. 15 πρῶτον] *unquam* 19 ὡς] mallem ὅπως. 20 τὸ delend. deinde ὑμᾶς leg. ob praemiſſum φανείημεν. *ult.* Νικίου τε ἡγουμένου, τοῦ ἐναντιώματα.

367. 2 quodſi vero, nullas adhucdum adepti tantas adverſus hoſtes oportunitates, quantas poſtea ſumus adepti, recte tamen et ratione inſtituimus hanc expeditionem. 5 δυοῖν] ideſt ἐπὶ δυοῖν. ob duas triremes. 11 τούτων] ſubaudi τῶν μετὰ ταῦτα προφανέντων δυσκόλων. nihil horum praevidimus; difficultatum puta, quibus nunc tenemur conſtricti. 18 οὐκ] ſubaudi φεύξομεν. quod locus ipſe ſubjicit.

369. 4 ἐνεχειρήσαμεν. a verbo ἐγχειρεῖν. 5 τῶν] l. τό. 9 τάχει δι' ἡμῶν εἶναι. 10 ὅτι] l. ἔτι. 11 αὐτομολίας] crebros ſervorum noſtrorum tranſitus in caſtra hoſtium. 12 ἦν ἄν τι τοῦτο] non ſpernendum eſſet eorum conſilium,

ſilium, qui noſtros e Sicilia revocandos cenſent, ſed haberet non nihil momenti. 14 *εἰ μὴ τῦτο,* [ſubaudi *κέρδος ἐςὶ,*] *τὸ πάντων.* etiamſi totidem alios, vel duplo plures, quam in Sicilia habemus, huc arceſſamus, non tamen video, quid inde emolumenti urbi noſtrae accedat, niſi id hoc eſt, quod tamen obſidioni maxime obeſt (ajunt enim nos obſideri) omnes ſcilicet uno teneri loco concluſos, deſides et ineſficaces. 19 et quarum rerum gratiam illos dominis habere par erat, illarum poenas a dominis repetere cupiunt. Poenas autem illas eo repetunt, quod ſemper malevolo in heros ſunt animo. *ult.* *ἀπόςολον*] emiſſionem novae claſſis in Siciliam. *ibid.* *δραπετεύοντας*] illinc puta, e Sicilia, domum. nam ſi ſervi nos videbunt illinc fugere, hoſtium conſpectum haud ſuſtinentes, nos contemnent, nos aggredientur.

269. 5 *ὁπόθε.* non habebunt quo transfugiant. *ibid.* *ἐκ τῶν εἰκότων*] juxta rationem et ſi res ſervorum ibi, in Sicilia, ſic, ut hic Athenis, procedat. 10 cum univerſo habitu et externa ſpecie hujus belli convenit ejus a patria averſio, vel detorſio. nam alia res eſſet, et alia ſuadenda atque ineunda rerum ratio, ſi decretum vobis et fixum animis eſſet, e ſententia Lacedaemoniorum bellum gerere. quodnam illud belli *σχῆμα*, ſeu quae forma belli, tum geſti, propria fuerit, exponit verſu 13. 14. 15. ubi ſuadet bellum extra fines Atticos gerere,

eosque

eosque hoſti vaſtandos permittere. 12 ἀπ᾽ ἀρχῆς, ſtatim a principio inde. 15 aut σώσοι ἂν τὰ πράγματα, aut σῶσαι δυνάμενον τ. πρ ea animis inducta ſententia, remp. ſalvam fore, non ſi cum hoſtibus in patria veſtra dimicetis, ſed ſi, quas illi foris habent copias, quibusque modis eas carpatis et minuatis.

370. 4 quaſi, qui arcem hanc, Deceleam puta, tenent occupatam, Peloponneſii, illi moleſtiarum non majorem, quam nos, partem tolerent. 14 πολλαῖς μὲν ναυμαχίαις. 19 f. ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν τραγῳδίᾳ ut pueruli in tragoedia, videntes Furiarum formidoloſas perſonas.

371. 3 ἂν cohaeret cum χωρὶς verſu 4. ſententia eſt. absque quibus honeſta et decora non eſt vita, quod jam quidem poſt tantas res geſtas, earum utilitate ex uſu cognita, nobis affirmare licet. 9 κρατῆρας] v. p. 374, 10 et 14. 17 προσυπισχνοῦντο] non ſolum invitabant nos rogabundi ad ineundam ſocietatem belli ſui cum Syracuſanis, ſed praeterea pollicebantur quoque ultro magnificentiſſima quaeque. 18 ὁ λόγος] obſcurum quam ſententiam, aut quam rationem ſignificet. Si eam deſignat, quod facere videtur, quae argumento ex Aegeſtanorum perfidia ducto novi ſupplementi ſubmiſſionem diſſuadebat, (v. verſu 6. ſqq.) contra quam totus hic locus diſputat, videtur leg. eſſe τὸ ἰσχυρὸν ἦν, ἄλογός ἐστιν ὁ λόγος λοιπόν. penult. v. p. 155. ἡμῶν paulo longius diſtractum eſt ab οἱ μὲν, quo proprie

pertinet, quo propius adhaereſceret vocabulo *τριήρεσι*, cum quo etiam conjungi poteſt. Graeci et Latini in trajectionibus verborum modum omnem licentiae excedunt.

372. 4 *ἠρνοῦντο*] cum Corinthii ſe a nobis victos infitiarentur, negarentque tropaeum a nobis jure fixum, aliam cum iis pugnam commiſimus, qua decretum eſt de jure tropaei figendi. 8 navium damna, quae in Sicilia per longam in aquis moram carioſae factae ſunt, novis mittendis ſanare navibus quae in illarum locum tantisper ſuccedant, dum illae a ſole et ventis per otium exſiccentur. 9 *ἀλλ' οἱ*] l. *ἄλλοι γάρ τινες.* erunt enim alii, qui obeundis ad urbes Siculas legationibus contrariis Gylippeas legationes militumque conſcriptiones impediant irritasque faciant. 17 quae autem hujus rei cauſa eſt, o Athenienſes? haec nempe. ſit aliquis altero iisdem rebus, opibus, copiis, armis, minor vel inferior; ut e. c. terra potens navali militia concedat ei, qui mari praevaleat: idem tamen, ſi univerſa potentia ſuperat, omnia ſibi habetque facitque obnoxia. 19 *ἀρχὴ μεγάλη.*

373. 3 *προσειληφόσι.* illis, qui eos, praeter alios multos jam dudum parentes, imperio ſuo adſcripſerunt. 4 *ἡμῶν* illis noſtratium, qui hic loci agunt, aut, rebus noſtris, quas hic habemus. ſed non valde hoc urgeo. *ibid.* *πάντων*] per hos ipſos, qui hic Athenis degunt, ſi parti noſtrum hic relictae accedat Sicilia,

con-

conſervabitur per hos ipſos, et res noſtras, quas hic in Attico ſolo habemus, gerimusque, perfectas et ſolidas ſartasque et tectas reddet. 6 omne malum praeſens, minus imminentibus malis, in parte felicitatis habendum eſt, ex inſperato divinitus oblatae. h. e. gratulabuntur ſibi ſortem ſuam praeſentem, quamquam duram illam, et bene ſecum agi exiſtimabunt, quod pejore loco non ſint. 9 de Amphilyti oraculo v. Herodot. I. et VIII. et Themiſt. orat. p. 46. *edit. Harduin.* 13 τοῖς ἀφῃρημένοις] ſcil. αὐτοὺς ἀφ' ἡμῶν. qui eos a nobis liberaverint. 19 τούτων] ſignificat illas ambas controverſas conditiones, utrum e Sicilia revocandae eſſent copiae; an ſupplementa illuc ſubmittenda. Spondere ſi quis nobis poſſet — in optione et arbitrio noſtro eſſet poſitum, utram harum conditionum mallemus. 20 mallem ἔχον. *penult.* aut μήθ' ἑκόντες aut μή τε ἑκόντες.

374. 2 aut ὅσα aut ὅσον. 4 τὸν τρίτον. ſcil. ϛρατηγόν. id quod etiam latina Canteri exprimunt. ſignificatur Eurymedon. v. Thucydid. IV. 65. 10 et pompam atque hilaritatem non aliter oſtentabamus, quam ſi res jam ex voto ſucceſſiſſent. aut, eam pompam hilaritatemque prodebamus, qua laetos rerum ſucceſſus ornare ſolemus. 15 aut delend. eſt καί, aut deeſt aliquid ante hanc copulam, e. c. καὶ αὐτῶν. tam ipſi vectores taciti adnavigabunt, quam porthmei, vel nauſarii. aut

καὶ τῶν κωπῶν ſilentibus tam remis, quam pauſariis.

375. 7 καὶ τοὺς ἄγαν ἀσφαλεῖς, poſtquam hoc ſolummodo interrogaveritis illos nimium cautos et circumſpectos, utrum, quam nunc prae ſe ferant ſententiam, eam ſtatim a principio habuerint, an vobiſcum ſenſerint. 10 ἐξελεῖν] f. ἐσίγων. quod tacuere antequam expeditio ſicula in comitiis decerneretur, quo tempore illos conſilia ſua communicare cum concione oportebat: altero modo, quod vi et ingratiis ad ea vos probanda conantur adducere, quae a vobis pridem repudiata et damnata ſunt. ſcio quidem Demoſthenei uſitatum eſſe ἐξαιρεῖν pro omittere, praeterire, aliquid e media quadam re, ut lege, excerptum, aut exemtum, ut p. 408, 12. τὸ μέσον τούτων ἐξεῖλες. quod illis duobus finibus medium erat interjectum, id diſſimulaſti et praeteriiſti. ſed ideo tamen non procedit ut hic loci ἐξεῖλον pro ἐσίγων legatur. 15 quamquam quantum diſcrimen inter ambas ſuaſiones intereſt, ſi, quod nunc quidam velut optimum ſuadent, idem ipſum etiam in deſperatis rebus eventumque vel peſſimum ſortientibus, ſemper ſupereſt. 16 poſt ἑκατέρως aliquid deeſſe videtur. nam nimis abrupta et diſſiſſa praemiſſis ſunt ſubjecta. *penult.* εἰ et πρὸς leg. illud prius dicitur quoque Oporinus conjeciſſe. ſed videtur ita fuiſſe in codice manuexarato, cujus copiam Oporinus Cantero fecit.

AD

AD ORATIONEM SICULAM SECUNDAM.

376. 6 τὴν χρεῖαν] utilitatem atque neceſſitatem, h. e. quod vobis expedit et factu opus eſt. 7 quam pati vos vobismet mala arceſſere. περιπίπτειν τινὶ eſt ruere ſuper aliquem v. c. lapidem, aut palum obſtantem. περιπίπτειν ἑαυτῷ ruere ſuper ſemet, eſt, ſibimet officere, ſuo ſibi jumento malum arceſſere, ſecurim cruri ſuo impingere. 9 εἶχεν] ſubaudi ὑμῖν. deceret vos, aut expediret vobis. 11 ὂν] l: ἦν. 12 comma ad πράγματα retrahendum. ſi fieri poſſet, ut verbis jucundis atque magnificis res adverſae in proſperas, triſtes in laetas, humiles in excelſas, obſcurae in illuſtres converterentur, eſſet profecto miſerrima res, non uti genere dicendi jucundiſſimo. 14 poſt εὐνοίᾳ videtur ῥηθέντας deeſſe.

377. 5 comma ad προείλοντο retrahendum. pariter verſu 11. ad ἔχειν, ubi haec eſt ſententia: ſi ſtatim a principio vetuiſſemus, rejeciſſemus ſuaſionem belli Siculi. 12 f. εὐςοχίας. 14 τοῦτο ἀναιρήσεται, τὸ παιδεύεσθαι παρὰ τῶν πρ. ſi autem illis, qui ab optimo conſilio aberraverint, idque conſequi nequierint, interdicatur eo uti, quod eſt in rebus ſecundum, praeſentem puta fortunam mutandis, qua fieri poteſt, conſiliis emendare, tolletur id, quod uſus in vita plurimi eſt, diſciplina ex ipſis rerum documentis capienda. 15

εὕροιτο]

εὕροιτε] f. ἐρεῖτε. diceretis, eſſetis dicturi. 19 f. ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ, τῷ νόμῳ, τοῖς πολίταις διαλεγόμεθα, οἷς ἀρκεῖ. nam illa quidem, lege puta, cum civibus agimus, quibus ſatis eſt unum idemque omni tempore locoque edicere.

378. 9 verba ὅτῳ ταῦτα ἤδη ἀφικέσθαι παρῇ videntur delenda et aliunde irrepſiſſe. Canterus etiam ea omiſit. 13 πείθοισθε. 14 comma poſt λαμπρᾶς promovendum. αὐτέρων. f. ὅσοις ἂν ἱκανῶς.

379. 1 ἀποκρύψαντες τὴν Ἀττικὴν] ita procul avecti, ut Atticam e conſpectu amiſerimus. ſic p. 473, 18. οὐδ' ἀποκρύπτειν δεῖν τὴν θάλατταν ἐτησίαν ὁδὸν βαδίζοντας. neque oportere tam longe a mari in mediam terram continentem aſcendere, ut annuo ſit opus itinere. 6 μεθεστᾶσιν in praeterito. 8 tam atrocia, ut nefas ſit cuiquam talia accidere, tam horrenda, ut in numerum orbemque veluti votorum non cadant, tam nova et inſolita, ut non potuerint ab exſpectatione noſtra praecipi. 9 ὑπὲρ] l. ὑπὸ. 11, συγχωρεῖν.] ſubaudi ἡμῖν, vel τῇ εἰρήνῃ συμβαίνειν πρὸς τὰς ἡμετέρας βουλήσεις καὶ προκλήσεις. ſuſpicor tamen ante illud verbum excidiſſe ἀπιέναι. ne abitum quidem nobis conceſſuros eſſe. 13 quaſi profuturum quidquam nobis ſit, nos de ſtultitia noſtra nil remittere. 17 ὥσπερεὶ σύμβολον. et ſic videtur quoque Canterus conjeciſſe.

380. 1 τοῖς πολεμίοις] ſubaudi καρποῦσθαι τὰ οἰκεῖα ἑαυτῶν, ὡς ἡμεῖς νῦν καρπούμεθα τὰ ἡμέτερα

τερα οἰκεῖα. 16 καὶ primum delend. 17 διατέθειται.

381. 1 ἀποστείλαιμεν. 14 ἐν delend. 16 τοίνυν] l. τὰ νῦν. *ult.* ἡ νῦν δὴ (vel αὖθις) αἰτιῶσα δ. τ. καταισχύνσει.

382. 12 ἐκείνους. *ult.* κελεύουσι.

383. 2 ſic diſtinguo et lego. ταυτηνί. Hactenus objectio. cui occurrunt haec: μᾶλλον μὲν οὖν θαῤῥ. vel ſaltim μᾶλλον θαῤῥ. absque μὲν οὖν. nam eodem redit. 3 f. βεβαιοτάτην. 8 περὶ] f. παρά. 18 οἷαί τε,

384. 3 τῆς ἀντιπέρας] dubium Libyamne et Carthaginem ſignificet, an Italiam. verſus 6 quoque rem in dubio relinquit, ubi ambae gentes commemorantur. neque multum refert ſcire utram, an ambas deſignarit. 7 f. παριστώμεθα. nobis acquiramus et ſubigamus. 11 καὶ] l. τῆς. Attica dictio ἡ πολλὴ τῆς δυνάμεως, pro ἡ πολλὴ δύναμις, aut πολὺ μέρος τῆς δυνάμεως, magnam partem copiarum, quibus Syracuſani ſuperbiunt, vobiscum animo facere. 13 f. δοκοῦσι. 17 αὖ] mallem ἂν vel οὖν.

385. 10 Μαλέαν. 17 post κεκτῆσθαι deeſt aliquid in hanc fere ſententiam κἀκείνης ἐξέπεσεν αἰσχρῶς, καὶ περὶ ταύτης τῶν κινδύνων τοὺς μεγίστους ὑπέμεινεν. 18 ſic diſtinguendum videtur. εἰ μὲν γὰρ, [αἰσχρόν ἐστι ſubaudi] ἐὰν, [ſcil. φεύγοιμεν] κρατῆσαι παρὸν, δειξάτω τις ὡς ἕξεστι. ſcil. κρατεῖν.

386. 1 ἐνταῦθα] ſcil. ἐν τῷ μὴ τυχεῖν τῶν πραγμάτων. nam ſi in fruſtratione conſiliorum dede-

num αὐτὺς τε, ἃ ἐξ ἀρχῆς εἶχον, ἔχειν. v. p. 393, 2.

393. 6 comma poſt μηδὲν promovendum. mallem tamen hoc vocabulum prorſus abeſſe. 18 aut καὶ leg. eſt loco ὡς, aut deeſt aliquid, et leg. eſt καὶ τὺς βυλομένυς πολεμεῖν διεκωλύσαμεν.

394. 6 alius προσήκειν dixiſſet. ſed ille mos eſt Ariſtidis, ut οἶμαι δὲ praemittat eique indicativum ſubjiciat, loco infinitivi. ſimile eſt p. 401, 17. 447, 8. 469, pen. ſed ibi codex Morelli dat infinitivum.

395. 8 τῶν αὐτῶν] ſubaudi ὧν νῦν εἴρηκα. *ibid.* ἐκεῖνα] ſcil. ἔλεγον aut ἐποίυν. 11 neque in iis, quae nunc agunt Lacedaemonii, quidquam eſt, quo demonſtrent ſe rerum alienarum ſatagére et in res veſtras ſe vobis invitis ingerere. 12 τὸ πινάκιον] Periclis puta decretum de Megarenſibus foro Athenienſi excludendis.

396. 15 f. τί τὸ, νῦν μὲν κέρδος λαμβάνειν, ὕςερον δὲ ζημιῦσθαι. quid prodeſt, jam quidem lucro frui, deinde vero cum his, qui haec ſuadent, damnum pati?

397. 4 ἐπιεικῶς πάντες] tantum non omnes. 7 ſic diſtinguo, ἀλλ', ὥσπερ θεῶν τινος ὑμῖν δεικνῦντος ὅ τι χρή, [ſcil. ποιεῖν] τὴν εἰρήνην δέχεσθαι. ſed pacem praeferre, atque admittere, tanquam deo magiſtro, docente quid opus factu ſit.

398. 6 ἐν αὐτῷ τῷ παύσασθαι κινδυνεύοντας, σῶσαι τὰ πράγματα αὐτοῖς, ὃ τολμήσομεν.

8 νικῶν-

8. ὑμῶντες] f. ἑκόντες. antep. f. οὐκ εἶναι κρείττω κατ' αὐτῶν λαβὴν. non eſſe meliorem in eos anſam reprehenſionis. penult. ἡμῖν, nobis. quod etiam verſio Canteri exhibet.

399. 2 γενήσονται] ſcil. αἱ σπονδαί. 5 ἀλλ' ἄκοντές γε σωφρονήσουσι. 7 αὖ] reſpicit ad ſecundam Athenienſium in eo, quod tum gerebatur bello cum Lacedaemoniis, fortunam. 9 οὖ] l. ἄν. quaecunque tandem vobis erunt placitura.

AD ORATIONEM DE PACE POSTERIOREM.

400. 2 bene habet hic locus neque eget correctione. Canterus hic male correxit, ſed recte tamen vertit. 4 ἡμῶν. 8 εὐδαιμονίας] ſubaudi τὸν πόλεμον ἠράμεθα. 12 poſt ἐπαγγελλόμεθα excidit φιλεῖσθαι. poſt τῖνος ſubauditur χάριν. 15 paene auſim affirmare poſt ὄντων deeſſe τῶν ἑλλήνων. in eum deductae nunc tandem ſunt locum res veſtrae, ut nihil amplius, quod deſideretis, habeatis, quemadmodum nil fuiſſetis habituri, ſi ſtatim a principio belli, vel dudum, graeci omnes plena gaviſi eſſent libertate.

401. 14 ὅμως δ' ἔχουσι προφάσεις τοῖς θέλουσιν ἀπαναισχυντῆσαι attamen ejusmodi ut queant praetextum praebere iis, qui pudorem exuere decreverint.

402. 13 ἀπολογήσεσθε, vel potius in infinitivo, propter praecedentia βεβαιοῦν et δεῖξαι. 20 ὧν] l. οἷ.

403. 3 ἐπανιάσηται] ad eos provocet eorumque exemplo ſe purget. 8 χρόνοις. 15 ἐκφρονίσαι per jota. 18 novi πάντας τρόπους eſſe poſſe idem quod κατὰ πάντας τρόπους, mallem tamen παντοίως κατασχ. τρόπους. nam κατασχεῖσθαι hic non eſt *uti*, quomodo Canterus accepiſſe videtur, ſed *conſumere*, perimere, de medio tollere. *penult.* τῶν ἱεροσύλων] poena ſacrilegorum erat aut combuſtio, aut fames ad necem. poſterius genus hic deſignatur, in quo eſt notum Pauſaniae exemplum.

404. 4 f. τοῖς γυναίοις. 10 ἀνήκεστον recte dat ed. Steph. 12 f. ἆρ' ἐστι ταῦτα ἀξιοῦν τὰς ἄνδρας ἐξαιτεῖσθαι κ. τ. λ. 13 τῷ del. 14 τοιοῦτοι. et ſic quoque Canterus reddidit. *penult.* ἔξαμεν] ſcil. αὐτοὺς ἐνδεῖξαι ὑμῶν κοινωνοῦν αὐτοῖς τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου.

405. 10 ὅπως] l. ὡς. 12 poſt ἐδομένης deeſſe videtur infinitivus aptus ex illo ſuperiore περὶ ὧν καλὸν in verſu 1. e. c. ἀφανισθῆναι τοσαῦτα κάλλη. deinde ab ἐκεῖ τύπων incipit nova periodus. 15 probo Canteri ᾔδομεν. *cecinimus*, cantu celebravimus, eſt ex hymno quodam Pindarico, ni fallor. 19 εἰ διὰ] non diſplicet Canteri ἰδίᾳ. mallem tamen ἰδιώτης, item μείω *minora delicta.*

406

406. 1 aut παραστησώμεθα leg. et ἀποστείλωμεν, aut ſervata vulgata παραστησόμεθα. leg. ἀποστελοῦμεν. 4 aut deeſt καὶ ἰδίᾳ poſt ὑπομιμνήσκοντες, aut, id quod malim, delend. eſt καί. 8 ἐν ἀρχῇ] initio, belli puta. 9 πολὺ δὲ μᾶλλον. 10 τῆς θεοῦ] Minervae puta.

AD ORATIONEM
LEUCTRICAM PRIMAM.

407. 5 πεπεικέναι delendum eſt, natum ex eo, quod in aliis libris fuit πέπεικε, in aliis πεποίηκε. 6 diſtinguo ſic. καὶ τὸ ποτέρως, [ſcil. εἰπεῖν] ἐμοῦ σημαίνω τὸ τῆς γνώμης. et cum praedixero cui parti accedam, demonſtrabo meae ſummam ſententiae.

408. 1 ἐκ μέσου — ἐστήξειν] cum neutra parte facturos eſſe. recte interpres reddidit p. 424, 11. 2 πέπαυμαι μέσος ὢν quam ob rem deſierim cum neutris facere, vel communis et aequus ambobus eſſe. 3 φανερὸν] eſt cur gratias h. l. codici Morelliano habeamus, qui nos in veſtigia verae lectionis induxit, φθάνον exhibens. quod ſi levi motu in φθάνειν refinxeris, habebis veram Ariſtidis lectionem. Aptus eſt hic infinitivus e proximo εἰς. veſtram propenſionem ad humanitatem et ad praeveniendum preces miſerorum, quos veſtra commiſeratione ampleċtamini. 15 χρῆναι] l. χρή. 17 ἐξετάζων.

409. 11 ſed alias absque ulla idonea aut quamvis probabili cauſſa, urgent, vexant, et modum omnem arrogantiae, ſuperbiae, injuriarum excedunt. 12 νεμεσῆσαι δικαίως recte habet. eſt enim illud tertia perſona ſingularis optativi. poſſet tamen non minus eleganter legi δίκαιος, ut νεμεσῆσαι tum ſit infinitivus. *jus et fas eſt eum ſuccenſere.* 13 μὴ] recte dat ed. Steph. μὲν. 17 ſed quibusdam Thebanorum ipſorum, illis puta, quibus praeſens rerum ſtatus non arrideret, eum invitantibus: *penult.* ἐξάγειν] deducere praeſidia Spartana ex arce Cadmea.

410. 1 καὶ ὐχ ἡμῶν] ſubaudi ἔργα vel ἄξια 11 f. πεμψάντων et ἀμφοτέρων. deinde autem rurſus ſi ambae partes per legatos, quod nunc fecerunt, opem veſtram vos rogarent, confidenter vos juberem partes permutare, et ad illas jam tranſire, adverſus quas modo ſtetiſſetis. 12 ὁ πόλεμος. 16 πρᾳτίσασθαι hic ſignificat idem atque προφασίζεσθαι *praetexere, cauſari.* penult. τι delend.

411. 4 ἄρχει] ſcil. τῦ ἀδικεῖν vel τῶν ἀδικημάτων. 8 ita ſcrib. et diſtingu. e grammaticorum praeceptis τό τις ἤ τὸ ποιήσας *aliquis, qui hoc vel illud perpetraverit.* 13 comma ad κρατῶσι revocandum, et ſic leg. eſt, non κρατηθῶσι. ſi Thebanis nos adjungemus, et Lacedaemonii rurſus fient ſuperiores, quid unum vel minimum erit, quod impediat Thebanos — 19 ἐλπίδες ἐς ὑμᾶς.

412

412. 4 ὑμῖν. 6 πρεσβεία hic loci eſt ſupplicatio per internuncios propoſita et delata. 13 εἰ γὰρ —] haec periodus videtur redundare. idem enim, quod ſuperior, aliis modo verbis, dicit. paulo ante haec verba, hoc ipſo verſu, τοῖς, ante ἐν τῇ Εὐρώπῃ, eſt cum τὰς mutandum. *ult.* recte Canterus ὑπὲρ et codex Morelli μηδένα, unde efficitur verſu 1. p. 413. leg. eſſe ὁμοίως. ſi crederem eſſe neminem, qui poſt me pro Thebanis dicat, eſſem hoc ipſo exemplo et hac argumentatione pro ipſis uſurus pariter, atque nunc ea utor pro Lacedaemoniis.

413. 4 ταῦτα. *ibid.* ὡς μὲν ἦν οὐδὲν. 5 poſt τότε videtur Θηβαίων excidiſſe. 13 ἰδίᾳ τις. (duo nominativi,) *ibid.* ſecundum μὲν eleganter redundat, ut ſaepe quoque δὲ ob aliud praecedens iteratur. His duobus μὲν reſpondet δὲ, non illud quod verſu 15. legitur, ſed illud, quod verſu proximo 16. etiamſi privata quaedam vos inter et Thebanos interceſſiſſet amicitia, ne ſic quidem merito vos quisquam reprehendiſſet, ſi noluiſſetis amicorum veſtrorum exemplum rebus in omnibus, et vel in ipſis quoque delictis eorum, imitari; ſed accuſaſſet ille forſitan quidem veſtram inconſtantiam in amicitia, inficiari tamen id non potuiſſet a vobis recte factum prudenterque, qui gloriae veſtrae majorem, quam gratiae ab amicis veſtris ineundae, rationem habueritis. 17 poſt τότε figendum comma. quum autem tum

quoque (in ſuperiori bello, cum a partibus Thebanorum adverſus Lacedaemonios ſtaretis) ea eſſet, quam modo dixi, cauſa veſtrae cum illis ſocietatis, auſim affirmare futurum eſſe, ut vos inconſtantiae quidem arguamini, ſi pergatis etiam nunc cum Thebanis facere, contra vero, ſi ad contrarias illis partes nunc tranſeatis, ut conſtantiae opinionem adipiſcamini: quando quidem illi Thebani et Lacedaemonii partes inter ſe permutarunt. h. e. Thebani nunc ita ſe gerunt, ut antea Lacedaemonii, et injuriis vos appetunt; hi rurſus in illorum ſucceſſere locum, et injurias tolerant. *ult.* recte codex Morelli addit ταῦτα.

414. 1 mallem ἐκεῖνο, illud autem ſibi perſuaderi patiatur. illud autem audeat vel faciat. 2 φήσει in futuro. 4 ex tempore artem eandem mentemque habens. h. e. diverſis temporibus meam gubernandae artem accommodans, cum eadem illa ſemper manet, idemque conſilium, conſervandae puta navis. 10 προεξεῦντας. 12 latina produnt Canterum maluiſſe πρὸς ἐκείνους. ſed recte habet vulgata. antiquos ad amicos veſtros, Thebanos, novi vobis accedent et adjungentur, Lacedaemonii. 20 poſt νῦν comma figendum. *penult.* ἐκεῖνοι δὲ] ſubaudi εἰσιν.

415. 1 comma ad δεῖ retrahendum. 2 ὑμῶν et 3. et 4. ὑμᾶς. 4 ὑμῖν μὴ [vel οὐχ] ἡσυχάζειν. verbum ἐξάγειν hic loci ſignificat ultra terminos juſti et aequi ad facinus aut dedecus

cus evehere, auferre, invitos; nec cogitantes. ſententia eſt: vos, qui non Thebanis ſolummodo, ſed vobismet ipſis perſuadere velitis, cavendum eſſe diſcidium, hortari velle ad tumultuandum [proprie, ad non quieſcendum] et ad habendum Thebanos in numero ſociorum, qui arma ponere recuſent, idque tum facere, cum vel invitos vos atque repugnantes efferre atque in transverſum agere ſtudeant Thebani, non eſt inconſentaneum? 7 recte ed. Steph. ἐὰν μὴ καθάπαξ. et id quoque Canterus reddidit. 10 ἐπὶ τῇ κοινῇ προφάσει] ſub praetextu, et ipſis, Thebanis puta, et Lacedaemoniis communi, ultionis puta ab hoſtibus ſumendae. 11 ἐπὶ ταῦτα] hunc ad finem, ſubigendae puta, et ad ſervitutem detrudendae Graeciae. *ult.* ipſi mihi quoque in mentem venit Jebbi conjectura μεμνημένοις. quum vos omnes memineritis. ſed recte habet vulgata. nam de ſe quidem recte affirmare poteſt orator, ſe meminiſſe, verum de corona auditorum nequit. Dicere poteſt συνειδόσιν ὑμῖν, ſed dicere μεμνημένοις certa cum fiducia non poteſt.

416. 3 codex Morelli recte addit καὶ. f. leg. χαρίεν γε νὴ τὸν Δία, καὶ αὐτὸ τὸ τοῦτο φάσκειν. eſt profecto lepidum vel ipſum hoc dicere. 13 verba ὄντα ςρατηγὸν ad ἐπὶ τῶν λ deleantor. ſunt enim ſcholium a librario adjectum. 16 ἐκεῖνός γε.

417. 2 tolerari poteſt ἡμᾶς accuſativo gemino, ſed ad diverſa quoque reſpiciente. planius tamen eſſet ἡμῖν. utrum dederit auctor, non pronuntiabo. 15 τοσῦτα. 19 ταῦτα] ſignificat receptionem eorum, qui, tyrannis triginta ſaevientibus, ſolum vertebant, et Thebas confugiebant deinde leg. eſt ἄλλος: ult. lectio codicis Morell. εὐθυνοῦσαν ducit ad veram εὐθηνοῦσαν. florentem.

418. 4 f. τότε. 6 rurſus τότε pro τό γε. 12 f. εἰδέσθαι noſſe, comperiſſe. ibid. recte editio Stephani ἀνταξιοῦσιν, et vſ. 14. ἐνδείξεται. 15 in aeſtimatione reliquae gratiae vincit, qui gratiam init.

419. 3 recte codex Morell. προσθήσεσθε. 4 ἥξειν. 5 παραπεσόντας. 9 φείσαιντ' ἄν. 11 διέστησαν] Thebani puta a Lacedaemoniis. cauſa vero, quae illos ab his abalienarat, haec erat, quod Lacedaemonii Thebanis in delendis Athenis morem gerere noluerant. 14 διαθήσειν] ſubaudi τοὺς Λακεδαιμονίους. aut levi poena, vel animadverſione tolerabili affecturos eſſe Thebanos remp. Lacedaemoniorum. 17 δοκεῖτε uno verbo. ult. f. εἰς Κόρινθον, εἰς Ἄργος; εἰς Βοιωτίαν, πάλιν εἰς Ἄργος.

420. 2 καὶ τὰ τελευταῖα et τὸ ὡς ἄν — 5 ὅταν ἢ πρὶν νίκῃ vel τὸ πρὶν νικῆσαι. ſuperior victoria. 6 f. οὐ θαυμὰ ἀναβαίνειν, οἶμαι, θαρρήσειεν ἄν τις τὸν κρημνὸν, ὁρῶν καὶ εἰδὼς ὅτι — non facile quiſquam, ut puto, audeat identidem in praecipitium aſcendere, qui videat te-

neat-

noatque — 19 comma poſt *ſαδίως* promovendum. 12 f. ἐκεῖνα et περὶ αὐτῆ. 14 ἀπολέσωσι. 20 μήτε primi loco malim μηδὲ penult. f. ὑπόνοιαν. ut ἀρχὴν ſit adverbialiter poſitum pro *prorſus, plane, omnino, unquam.* poteſt tamen vulgata ſic defendi, ut dicatur ἀρχὴν ὑπονοίας eſſe, vel minimum ſemen et umbram ſuſpicionis. ult. ἀντιπαρεξελάσαντες.

421. 2 at dicet aliquis, eos propterea bellum contra nos eſſe moturos, quia ſuo cum damno nobis peperſerunt. 4 πᾶς γιγνόμενος] quamcunque in partem me vertam cogitando et circumſpiciendo. 11 f. ἂν ἀνέλωσιν. ut verſu 1. quamquam ſcio ſimplex αἱρεῖν ſaepe pro compoſito ἀναιρεῖν uſurpari. *ibid.* aut τὰ ἐκείνων redundat et del. eſt, aut leg. eſt ὥσπερ ἀδεᾶ τὰ ἐκείνων. *ult.* ἔξεστι δὲ καὶ μή.

422. 7 προσδέεσθαι. 9 ταὐτά. 11 nam ſi, quae nunc a Lacedaemoniis vobis offeruntur, ſed a vobis repudiantur, vos eadem ipſa aliis offeratis. ſignificat preces et ſupplicationes auxilii impetrandi ergo factas. 14 τούτους redit ad Thebanos, τούτοις ad Lacedaemonios. ſic ſaepe variat Demoſthenes, ut ſpiritu eodem οὗτος et de actore et de reo dicat: cujus rei non unum exemplum eſt in oratione pro Phormione.

423. 1 αὐτῶν. quales olim ſe erga Lacedaemonios geſſerint. 3 poſt ἦγον figendum ſignum interrogationis, et delendum poſt εἶπα, ὅ τῶν] recte dat editio Steph. τινι 10 ſi

 καὶ

καὶ τοσαύτη. ſcil. αἰσχύνη. par eſt turpitudo. 11 ἀπάτης, quod etiam Canterus reddidit. penult. φήσαιμι. ibid. ἐπασκήσητε.] contra vosmet confirmetis in uſu armorum, robuſtos eos veſtrum in damnum efficiatis exercitio armorum. ult. ἀνιςατέον τοῖςδε] ſubaudi αὐτοῖς. efficiendum eſt, ut hi (Lacedaemonii) pares ſint illis, (Thebanis puta) quo habeant quibuscum contendant et dimicent. humani aliquid hic paſſus eſt Canterus, ut etiam p. 471, 6.

424, 2 nam ſi licet eos (Thebanos) habere ſocios et amicos integerrimos, age nihil ſtudii erga eos praetermittamus. 3 ἐλλείπωμεν, ut etiam latina Canteri. 4 Θηβαίοις in dativo. 5 παῦσαι] ſubaudi τῆς πλεονεξίας. 8 ſic diſtinguendus eſt locus. ἦν, εἰ δεῖ πάντως, ὑπομεῖναι βέλτιον μὴ κενὴν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ λαβεῖν, τὴν αὐτήν γε οὖσαν. quam turpitudinem ſubire praeſtat, ſi evitari nullo modo poteſt, non vacuam, vel gratuitam, ſed praemio lucri propoſito, quum idem maneat dedecus, ſive gratis id, ſive mercede adductus, ſuſcipias. In εἰ δεῖ πάντως ſi absque ullo effugio neceſſe eſt, ſubauditur ὑπομεῖναι et hoc verbum ita eſt in bivio poſitum, ut a legente tacite debeat iterari. 10 ἀπολειφθῆναι. 13 ἀργίας.

425. 1 λάφυρα, ἃ μεθ' ὧν — quae cum quibus nobis comparavimus, illos nunc deſerere fas non eſt. 2 εἴχομεν] ſubaudi αὐτοὺς. 8 ὑπάρχειν rurſus tacite debet iterari. 9 ὅτι, praeterea nihil deeſt. 11 οἷον, ὦ Ἡρακλεῖς.

15 τυράννων] Piſiſtratidas deſignat. 16 ſ. οὐκ εὔκαιρον. nunc non eſt oportunum. nam εὔπορον paene idem eſt atque ἐν δυνατῷ. *penult.* ἐξαλείψῃ.] *ult.* συνεξέλητε. nolim itaque a vobis juncta cum Thebanis opera Lacedaemonios e Graecia eximi et evelli atque exſtirpari, qui quidem exiſtimetis ſevera et acerba animadverſione dignum, ſi quis eorum nomen e tropaeo eximat.

426, 3 quis hoc ipſe auſit confiteri, quamvis cupide alias laturus eſſet hunc condemnantem et perdentem calculum. ſit fortaſſean aliquis qui Lacedaemonios exſtirpatos videre geſtiat, et cupide triſte ſuffragium adverſus eos expromat; pudeat tamen eum hanc animi ſui acerbitatem et saevitiam ipſum verbis prodere. videtur enim verſu 4. αὐτός γε leg. eſſe. 6 ὑμᾶς. *vos*, ut etiam latina Canteri. 7 ἐνῇ ſi bene habet, accipi debet pro ἐναντίον ᾖ vel ἐμποδὼν ᾖ, vel leg. eſt ἐνςῇ. *ſi nihil impediat.* 8 ἀναιρεῖν οἷς ὑμᾶς οὐκ ἔδοξε] breviter ſic dixit, quod ita explices. ἀναιρεῖν τούτους, οἷς οὐκ ἔδοξε τοῦτο ὑμᾶς ποιεῖν. 14 haud ſcio an poſt αὐτῶν exciderit ἀναιρέσεως. 17 non inutile eſſet, neque inelegans, ἢ poſt πόλει additum. poteſt tamen eo oratio carere. 19 poſt γεγονέναι videtur excidiſſe, οὐ τί ἂν γένοιτο ἐνδοξότερον. *ult.* πρὸς ἁπάντων] ſubaudi τηρηθησομένην aut φυλαχθησομένην. uſitatius tamen eſt πρὸς ἅπαντας, ſcil. διατενοῦσαν vel διήξουσαν. vel potius, hoc πρὸς ἅπαντας admiſſo, nihil plane eſt

ſub-

ſubaudiendum. nam illuc referri poteſt διηνεκῆ, pertinentem, pertingentem ad omnes.

AD ORATIONEM LEUCTRICAM SECUNDAM.

427. 6 recte Canterus πρὸς corrigit. 9 aut cum eodem eſt λαβεῖν leg. aut ἔχειν. 17 ὥςε ὤν.

428. 4 poſſunt verba τῆς ἐν Λεύκτροις pro ſcholio haberi. 15 ἐξίςασθαι] ad ſuperbiam et inſolentiam efferri. 16 οἵ] l. εἰ. 19 mallem ἐνθυμηθήσονται. *ult.* ſic diſtinguo et lego ἑατέον ὑμῖν αὐτὰς (vel αὐτὰς, quia nomina duarum urbium praeceſſerunt) ἐδ' ἀνετέον. non decere vos, ut eos, Thebanos, omittatis, aut ut de veſtro ſtudio quidquam remittatis.

429. 17 ὅταν ἀντ' Αἰγινητῶν. 19 f. εἰς ἕτερα.

430. 1 ὑμῖν. 3 recte Canterus κελεύων emendat. comma quoque poſt τις ponendum. ibi enim ſubauditur χρῆται. 13 οἵ] ſententia poſtulat εἶτα: niſi οἱ pro ὅτοι aut οἵδε accipias. *hi ergo.* 15 recte codex Morelli καί ποτε καὶ μετὰ Θηβαίων. ecquandonam etiam cum Thebanis erimus, ut ſcilicet hi nos volunt cum Lacedaemoniis eſſe. *ult.* ſervari debebat vetus lectio. ἑνὸς γὰρ μέρους τοῦ πολέμου τοῦ τότε ἡμέρα καὶ καιρὸς. ſed poſt καιρὰς addo βραχύς. in belli, quod tum gerebatur, Pelopon-

neſiaci

neſiaci puta, particula, Siculo nimirum bello, unus dies, et breve temporis momentum plus moleſtiarum nobis atque tumultuum dedit, quam —

431. 10 τοῦ εἴσπλουν. *antepen.* τὸ δ' ἐςὶ πᾶν τοὐναντίον. ἐκ τούτων γὰρ, ὅτι μὴ ῥᾳδιοκακοῦμεν, δείκνυμεν.

432. 4 τούτῳ δὲ. 8 recte vidit Jebb παρὰ leg. eſſe loco περὶ. ſed id unum hic loci recte vidit, caetera perperam. 14 aut ὅτι aut ἐπειδὴ delend. ſed hoc poſterius deletum malim. *penult.* διὰ] l. ἀπὸ. *pauca de multis.*

433. 1 τοῦθ' ὃ ἐγὼ φεύγω. 2 verba ὑπερβάλλωσιν αὐτὰ non intelligo, niſi haec eſt ſententia. nam ſi Lacedaemonii Thebanos malevolentia et odiis et injuriis erga vos vincunt, et vincunt quidem haud parum, neque paucis in rebus, ſed multis modis, non video quare mihi non liceat dicere, Thebanos id facere, quod, cum eos facere ajo, miramini; ſcil. ſuos mores animumque ſuum erga vos demonſtratum vobis excuſare. 18 αἰτιάσωμαι in ſubjunctivo ob praecedens verſu 15. ἀνατιθῶ. *penult.* τὸ] l. τῷ. *ult.* f. φήσειεν ἂν εἶναι.

434. 3 τοσούτῳ ob ſequens ὅσῳ. 4 δὴ] l. δὲ. 10 f. μέμψις ἐςὶ μία μόνη Θηβαίοις, τοῖς δὲ πρὸς ταύτῃ ἄλλη μείζων καὶ πλείων, ὅτι ἐπὶ τούτοις. 14 γεγονυῖα] redit ad συμμαχίαν. at ea foederum conſociatio, cujus cauſa haec perpendi oportebat, jam dudum perfecta eſt. 15 καὶ τίς ἐσθ', ἡ κραυγὴ ἡ πολλή. *unde ille clamor?*

mor? reſpondet ψῆφος, ἣν — *ob ſuffragium unius viri.* *penult.* poſt ἐπειδήπερ tacite ſupplendum ὀ μόνον.

435. 7 ὑμετέραν veſtram. 12 non totam Thebanorum civitatem in vos ſaevam illam tuliſſe ſententiam, quae mancipiorum inſtar vos vendi volebat. 13 ἀπολυομένοις] ideſt ἀπολογουμένοις. ſeſe defendentibus, excuſantibus. *antepen.* ᾤεσθε. quod etiam codex Morell. voluit.

436. 10 recte deeſt ὡς editioni Stephani. *penult.* σκοποῦμεν ut modo praeceſſit.

437. 3 f. ῥᾳδίως οὕτως, ἵν' εἰδῶ. 6 poſt ῥᾴδιον figendum punctum. nam a verbis νὴ Δία incipit nova objectio. (v. p. 439, 3. 455, 16. 511, 16.) atqui, ait adverſarius, per Jovem. deſignat p. 423, 14. 7 ἐπ' ἀνίσων. ut l. c. recte legitur.

438. 6 poſt αὐτοὺς ponendum comma. τὰ τοιαῦτα eſt idem, atque, *et quae ſunt alia hoc genus.* παρακλέγειν eſt ſycophantarum apud Athenienſes, apud Romanos magiſtratuum in urbanis et provincialibus imperiis, cum canibus ſuis, miſeros municipales iniquis et acerbis exactionibus expilantium, et comminatione cauſarum capitalium et intentatione criminum atrocium territantium, eaque judicia magnis pecuniis redimere cogentium. 7 f. πῶς οὖν οὐχ ὑπερβολὴν δεῖ τιν' ἀπιστίας εἶναι. qui ergo fiat, ut hoc ſummae perfidiae infamia liberetur?

retur? 16 ὑβρία idest ἐν ὕβρει. 20 aut prorſus delendum eſt δεῖν, aut cum ἀεὶ mutandum.

439. 2 ἔτι καὶ νῦν] f. ἐπὶ κενῆς. in caſſum. 9 mallem πολισμάτων. 12 ὦ non eſt particula exclamandi et admirandi, ſed prima perſona ſingularis ſubjunctivi, *ſim*, ab εἰμί. fiat ita, ut falſus ſit metus meus.

440. 5 καταςάντες. 6 εἰργάσαντο. 8 ἀπέχρη. 12 περὶ τῆ αὑτῶν. 17 nullus eſt populus graecus, qui Lacedaemonios aliquo bello liberarit, quin idem illud bellum, velut haereditatem adierit, eoque arma Lacedaemoniorum infeſta in ſe converterit.

441. 15 πλεονεξίαν] ſubaudi τούτων. 16 poſt καθαρῶς excidit μηδὲν.

442. 4 ἀλλ' ὑπερβολὰς ἐκείνων] haec non intelligo. videntur quaedam deſiderari. licet enim φοβησόμεθα ſubaudiamus, quae tamen ſunt illae ὑπερβολαί, cujus generis? 10 ſi ποτέρων ἦν ἄξιον, quod ſi aſſumatur, erit etiam hoc ipſo verſu et 13. τοῖς cum τῶν permutandum. ſin diſplicet, leg. erit. ποτέροις ἦν ἄξιον, ad ἄξιον ſubaudiatur τῆς ἑαυτῶν σπουδῆς. utrisnam erat ſtudio digna res, cum ipſis, Lacedaemoniis puta, facere. 12 ſi bene habet τῆς εὐτυχίας ὧν ἐπεθύμουν, erit ſic accipiendum τοῦ εὖ τυχεῖν ἢ ἐκβαίνειν ταῦτα, ὧν ἐπεθύμουν. habebant in poteſtate ſua hoc, ut bene ipſis evenirent, quae cuperent.

443. 1 ῥιπτεῖς ἔχων] hic eſt dialogismus hujus oratoris Thebanis ſtudentis cum altero

Lace-

Lacedaemoniis dedito. ἔχων idem eſt atque ἑκὼν, vel potius paulo quid majus, praeceps, temere, furioſe, maximo cum impetu. ῥιπτεῖς eſt latinorum *ruis*. h. e. contendis et feſtinas, inconſulto ſtudio coecus. 2 κληρονομήσουσι] hic eſt ſermo oratoris Lacedaemoniis addicti. atqui tamen, ſi omittetis vos Athenienſes Lacedaemoniis ſuccurrere, fiet ut Thebani cum victoria laudem gloriamque aufferant. reſpondet amicus Thebanorum. auferant nempe. ſi nos ad eorum (Thebanorum puta) partes accedere defugiamus, aut ſi belli hujus omni communione nos abſtineamus. Rurſus Laconicus. verum tamen illi (Thebani) bellum ſunt exorſi. reſpondet Thebanorum ſtudioſus. Sunt enim vero. ſed fiant iidem belli ejus acceſſio, cujus nos nobis principatum vindicamus. 5 κατὰ τούτους] ſubaudi τοὺς μείζονας. 18 f. οὐδ' εἰ ἔδει σπουδάζειν προσαγαγεῖν. non eſt ejusmodi terminus, ad quem conveniret eos adducere, etiamſi concedatur oportere vos eorum partibus ſtudere.

444. 2 αὐτὴν] l. τὴν. 7 ἀλλ' εἰ οἷόν τ' εἰπεῖν. 16 αὐτοὺς. *ult.* τί δὲ δεῖ. quod ſi adverſarii noſtri inſtant et urgent ſic: quid autem oportet horum malorum memoriam verbis refricare? reſpicit ad p. 418.

445. 9 aut ὑμᾶς cum νῦν eſt permutandum, aut νῦν addendum poſt ἄν. adhaereſco etiam ad βεβλημένους. vix enim id ſic ſolum *perculſos* ſignificat, quomodo Canterus reddidit, nunm

κατα-

καταβεβλημένους proſtratos, humi jacentes. ſed cum ἀνεῖναι melius conveniret εἰλημμένους. 15 aut deeſt aliquid, et ſic eſt farcienda oratio. ταῦτ' οὖν ἐκείνοις ἀντιθεὶς αὐτὸν παραμυθείσθω, aut leg. τούτοις οὖν παραμυθείσθω his ipſe ſemet ſoletur. aut ſaltim παραμυθείσθων. haec ipſum conſolentur.

446. 14 aut φιλάνθρωποι leg. aut φῆναι. *penult.* τὰ μὲν — τὰ δὲ —) *partim* — *partim.* poterat quoque τὰς μὲν et τὰς δὲ dicere, quia ναῦς praeceſſit. et fuerat hoc quidem planius atque uſitatius.

447. 4 recte conjecit Jebb (niſi Canterus ille potius eſt) παρέθηκα. 8 non damno vulgatam. praeferrem tamen, ut mollius, δεῖν. v. ad p. 394, 6. 10 ἐπ' ἄλλο. 11 recte editio Stephani poſt ὁμοῦ addit καί.

AD ORATIONEM LEUCTRICAM TERTIAM.

448. 1 μεθ' ὑμῶν ut etiam latina Canteri dant. et ſic quoque verſu 5. ὑμεῖς. 2 ἀντι] mallem aut ἄν τι diviſis vocabulis, aut potius ἂν ſimplex. *ibid.* τοῖς πάλαι. qui jamdudum, antequam deliberaretur, apud ſe, quid facturi eſſent, decreverint, neque qui nunc in ipſa deliberatione conſilium capiant ex ſemet ſuaque inconſulta libidine, non ex ipſa rerum ratione, et natura, ejusque penſitatione. 8 συνεγνωκέναι. penult. οὐκ ἂν νῦν.

449. 3 debebat vulgaris lectio ὐκ ἔτ᾽ ἔχυσι ſervari. 5 ἀπελίποντο] idem eſt ac ſi dixiſſet ἐν τύτοις ἀπελίποντο. in illis, quae in Plataeenſes ſtatuerunt, ſibi perfugium et excuſationem nullam reliquerunt. 14 ἐκείνοις. *penult.* ἐθέλοντας, accentu in antepenultima.

450. 2 ὡς εἶεν] et opto ſane plerosque graecos eo erga Lacedaemonios animo eſſe, et forſitan ſunt plerique, ita me deus amet, ab injuriis Lyſandri offenſi. 5 recte codex Morelli dat ὥςε δὲ καὶ. *ibid.* δοκῦσι] ſubaudi μισεῖν. graeci Lacedaemonios eo proſequi odio mihi non videntur, ut velint radicitus exciſos videre. 7 περὶ τύτων] de his, Lacedaemoniis puta. 10 recte vidit Canterus pro μεγίςως legi oportere μετρίως. ſed etiam κρινεῖ legi debet. *judicabit.* 16 recte dat editio Stephani ἦ μὴν. 17 γνώμην] f. μνήμην.

451. 3 recte dat ed. Steph. ἄλλυς. 7 f. καλεῖν ἐφ᾽ ἑαυτὺς. 10 ἀνταράμενοι. 12 φιλίᾳ poſt παλαιᾷ excidiſſe conjicio e latinis Canteri, idque in vetuſtis editionibus exſtare. 13 poteſt ταῦτα ferri. ſaepe id in graecis, ut in Latinis *haec*, praemiſſa plura foeminina complectitur. mallem tamen ut planius et uſitatius ταύτην. ſcil. φιλίαν καὶ συμμαχίαν.

452 4 δέοιντ᾽ ἄν. 8 πρᾶγμα] f. πταῖσμα. 13 συνεπασκήσυσιν] ſubaudi ἐπὶ τὺς Ἕλληνας. augebunt viribus, et exercitatione armorum peritum belli cum graecis gerendi formidandumque ipſis hoſtem reddent.

453. 1 ὑπόλογον. uno vocabulo, de quo memini cum legerem diſputationem Taylori ad Demoſthenem, ni fallor, aut Marklandi. nunc enim liber ad manum non eſt. 2 τοιαύτην vel τοσαύτην. 5 aut ἐπιθυμῦσι leg. aut deeſt aliquid poſt ἐπιθυμῦντες, e. c. καὶ πρωτείων. 8 ὐχὶ] l. ὐχ ἤ. 9 aut τινας leg. aut βύληται. 11 poſt ἀνδρίας aliquid deeſſe videtur. Canterus προσλαβεῖν ſupplevit. poſſit quoque de προσκτᾶσθαι et φέρεσθαι, κομίζεσθαι aut ſimili verbo cogitari. 13 diſtinguo et lego ſic: καὶ, ἣν μὲν ψήφῳ δέον, [ſubaudi ᾖ vel l. δέοι] σῶσαι et ſervari quidem Lacedaemonios ſuffragio debere, ſi res ad id neceſſitatis redierit. et hoc Canterus quoque in Latinis ſecutus eſt. 14 μᾶλλον δὲ ἀπορίαν anguſtias animi meliora et honeſtiora non reperientis. 15 ταμιεύσασθαι] diſpenſare pro arbitrio noſtro verſareque belli fortunam. v. p. 462, *ult. ibid.* διαθεῖναι.

454. 5 πόλεως] Athenas ſignificat. 8 δοκῇ. quid igitur impedit, quo minus in hoc quoque ipſorum pareamus imperio, ſi quando ipſis placeat imperare nobis ejusmodi quaedam: οἷον τὶ λέγω? quaenam vero illo dico, volo, deſigno? haec ſcilicet: evertere urbem. 12 τῦτο δὲ] ſcilicet ὅτι οἱ Θηβαῖοι μὴ πεισθήσονται, μηδὲ συγχωρήσυσι. 16 ἡμῶν.

455. 4 ποτε] l. τότε. 12 αὐτὺς] ſubaudi ὑμᾶς. *penult.* περιεωρακέναι probum eſt. ut περιιδεῖν, περινοεῖν, περιφρονεῖν, ita quoque

περιορᾷν, omnia eodem ſenſu, *deſpicere*, *contemnere*.

456. 4 διηρημένες] ſcil. τὸ ἄρχειν. 10 ſ. ἐκεῖνοι ἐς (vel εἰς) ταῦθ' ὑπ. aut denuntiavero Lacedaemoniorum legatis nos ad partes Thebanorum eſſe acceſſuros, ſi hi oblatae conditioni, (imperii in bello vobis permittendi) acquieſcant. 17 Θηβαίοις. *penult.* μὴν] l. μὲν. *ibid.* εἶτα δὲ καί.

457. 3 ἔτι δὲ] ſententia haec eſt. jam expoſui vobis animi mei ſententiam, ut, quod amplius dicam, non habeam.

AD ORATIONEM LEUCTRICAM QUARTAM.

457. 10 ἐγχυκέναι ὁ —] ſcil. ἡμᾶς ἑαυτοῖς συμμάχες. *ult.* Canterus recte in latinis φοβεῖται expreſſit.

458. 1 δὲ poſt ὑμᾶς excidit. 3 ἐπὶ Θηβαίες. 4 ἐπὶ τέτες. 9 τέτε. *penult.* εἰς Θήβας.

459. 2 τὲς] l. αὐτὲς. *ibid.* ἐπειδή. 6 ἔτε] l. ἔ γε. non ſane ſponte graecorum. 10 ἔχει. 12 ἢ] l. ἤ. 15 κακὸν. οἱ] l. uno verbo κακόνοι. malevoli, infenſi.

460. 1 videtur poſt αἰδεέςερα excidiſſe τὰ τέτων. 5 Θηβαίες. 6 ταύτας. redit enim ad εὐεργεσίας. 9 τὲς] l. τε. quantum de odio ſuo erga Thebanos detrahere debebant. 16 ταύτην· τὴν τελευτήν. 17 λακεδαιμονίες et οἴωνται in conjunctivo. *penult.* αὐτοῖς in dativo

quod

quod videtur, etiam Canterus conjeciſſe. In latinis quidem ſententiam hanc expreſſit ita: ut ſibi eo facto commodum aliquod privatum comparent. *ult.* προδιδόντας. et vicinis ſociisque ita jura ſua ſarta atque tecta ſervare atque tueri, ut neminem quemquam deſerant prodantve.

461. 2 τῶν αὐτῶν συμμάχων] idem eſt ac ſi dixiſſet τῶν αὐτοῖς ὑπαρχόντων συμμάχων. 9 κατέδραμον] illos, quibus antea ſuccubuerant, jam pedibus conculcant, et ſuper eorum dorſo ſusque deque decurrunt et deſultant. *ibid.* ἐκ προσαγωγῆς] quaecunque nonnulli malitioſis artibus lenociniorum perfecerint, ea omnia tamen aliquando diffluunt et dilabuntur. Poſſit quoque παραχθῇ legi. quicquid deceptum ſit, in fraudemque illectum. 14 ὅτε. 15 τὴν delend. *ibid.* εἰ δὲ μὴ μόνον.

462. 2 δεῖ. 9 ἐπεὶ h. l. idem eſt atque ἔπειτα. deinde. *ibid.* πρὸ] f. περὶ. 18 δὲ] l. ὧδε. *penult.* ἑλομένης ἀντέχεσθαι. *ult.* διατοιχοῦντας] ab uno τοίχῳ ſeu latere navis ad alterum iterum iterumque diſcurrentes.

463. 2 frigida et affectata et ridicula eſt jurandi formula per XXX. tyrannos, quo nomine aliud Athenis inviſius eſſe nullum poterat. 3 καθίσαντο] ſcil. Thebani et Lacedaemonii. 13 ἐπὶ τῷ? interrogat enim. quibusnam conditionibus? 14 ἐλέγετο hic loci accipi debet pro ἠρωτᾶτο, quomodo etiam Canterus accepit. *ibid.* delendum hic eſt λέγω et transfe-

rendum in verſum proximum. 15. poſt *συμμάχους.* tum comma ab *εἰπόντα* pone *δεινὸν* eſt promovendum. praeterquam quod eum, qui quaeſtionem hanc propoſuit, non miror, tanquam hominem acutum et ſubtilem, praeter hoc etiam ridiculam duco. 15 poſt *τότε* figendum comma. Conſtructio enim haec eſt. *οὐ γὰρ ἔδει* (*νῦν* ſcilicet) *ἥκειν ζητεῖν* [ideſt *ἥκειν πρὸς τὸ ζητεῖν*] *ὑμᾶς συμμάχους Θηβαίοις γενομένους, εἰ χρὴ βοηθεῖν, ὥσπερ τότε ἔδει ζητεῖν, ὅτε προσλαμβάνειν αὐτοὺς εἰς τὴν συμμαχίαν ἐβούλεσθε.* 16 comma poſt *τότε* ponendum, et *σκεψαμένους* leg.

464. 8 non placet *ἠδικήκασι.* num *ἡλώκασι.* capti et conſtricti tenentur. id quidem ſequens *καταπεπτώκασι* poſtulare videtur.

465. 8 *αὐτοῖς ὑμῖν*] ipſorum veſtrorum civium quibusdam.

AD ORATIONEM LEUCTRICAM QUINTAM.

466. 11 f. *προσκρούειν καὶ τούτοις καὶ ὑμῖν.* 12 *τριῶν*] ſunt illi tres, Lacedaemonii, Thebani, et ipſorum Athenienſium plerique. 14 poſt *οὐδαμῶς* videtur *εὔλογον* deeſſe; aut potius *οὐδαμῶν* leg. eſſe. forſitan eſt nullorum plane hominum, h. e. nulli populo usquam terrarum convenit, nullum decet genus hominum omnium. 19 aut delend. *αὖ*, aut leg. *αὐτὸ τοῦτο πρῶτον, ἔθ'* —

467. 3 comma pone ἀμφοτέροις collocandum. 13 praeſtat lectio codicis Morell. νὺ ἡσυχῇ. ne commodo quidem veſtro et per otium, nihil agendo, ſenſim et ſine ſenſu. 16 ἡγοῖτο, τὸ τοῖς — ult. συνεπειλῆφθαι.

468. 1 τούτων. bene habet hic locus, neque audiendus Canterus. qui quaeſo ſtultum non erit data opera alteros de medio tollere adjuvantibus alteris, quibus, pro re nata, aſſiſtendum et ſuccurrendum ſit propterea, quod deceat acceptarum injuriarum memoriam deponere.

469. 2 recte dat codex Morelli παρὰ τῶν συμπολεμησάντων in aoriſto, quia tempus infinitum hic requiritur. qui fortaſſe tum ſocii veſtri in bello fuerint. 9 poſterius δὲ eſt delendum. 16 ἐκεῖνό γ' εἰδότας.

470. 3 ἀμφοτέρους. 4 acerba cavillatio. nam apud Delium Athenienſes a Boeotis, et apud Amphipolin a Lacedaemoniis cladem graviſſimam acceperunt.

471. 8 videtur in Morelli codice fuiſſe ἐσκέψεται. ut leg. eſt. h. e. paulopoſt futurum, ut loquuntur grammatici. recte conſultum a vobis et proviſum erit. 9 ὄντων ὧν] l. ἀνθ' ὧν. 14 τὸ] l. τῷ. 17 ὅτι (non ὅτε.) 18 ἐκείνοις συνεπεμβῆναι] honeſtum non eſt, vos una cum his Thebanis proculcare ſuperbo et protervo pede illos, Lacedaemonios puta.

472. 4 τοῦ] f. τὸ οὐ. at non ſatis eſt medium? (τὸ non bellare puta.) his quidem ora-

 tori-

toribus ſatis non eſt. num autem vobis quoque ſatis non ſit, aut non debeat ſatis eſſe, ea vero alia quaeſtio eſt. ſi vulgata τῦ πολεμεῖν ſervatur, erit καὶ μὴ addendum, ut ſit τὸ μέσον τῦ πολεμεῖν καὶ μή. id quod eſt medium inter bellum et pacem. aut leg. τὸ μέσον τῦ πολεμεῖν καὶ ἠρεμεῖν vel ἡσυχάζειν. 8 διέστηκα. diſſenſio. et ſic quoque Canterus. 11. 12 in his duobus verſibus non dubito aliquammulta peccata et omiſſa eſſe. 16 conſequi hoc non poteſt patrocinatio, ut ſuadeat ambobus opitulari. qui enim hoc fieri ullo pacto poteſt? 17 id unum itaque oratori eſt reliquum factum, patroni perſonam ſuſtinenti, ut neutri ſuccurri jubeat. *ibid.* non deeſt ἡμᾶς, quod viſum eſt Cantero, ſed, mutato tantum accentu, leg. eſt αὑτῦς. ſemetipſos. bene dictum ἐκπέπτωκεν. ejus oratio velut navis a dubitationum tempeſtate ejecta eſt in illum unum locum, velut in ſcopulum, unde rurſus avelli et detrahi nequit, ut ſuadeat ambobus auxilium negare. 19 τὸ τῦ βασιλέως] ad illud de rege petitum argumentum quod attinet, ſeu criminationem cauſae conſiliorumque cum rege Perſarum communicatorum.

473. 1 ὑπερχήκασι] l. ἐπεῤῥίκασι. ſecuti et amplexi ſunt partes Perſarum. 4 et intolerabile eſt vos inconſtantes conſiliorum atque deſultorios infidosque conſpici. 15 τῆς] l. τῶν. in hoc compendio ſaepe aberrarunt operae Jebbianae. 16 καὶ γὰρ εἰ καὶ χρήμασιν.]

μασιν.] ſubaudi a communi e verſu 12. ἐςὶ πολεμεῖν. ibid. recte codex Morelli dat ἐγχωρεῖν. verbum ἀπαλλοτριῦν hic loci eſt ἀναλίσκειν, δαπανᾷν, ἀπαρύτειν, et quidem εἰς ἀλλοτρίυς τινάς. ut liceret in alios tantas opes erogare. 18 vehementer placet Canteri emendatio, ὐκ ἐπὶ Σῦσα, ὐδ᾽ ἐπ᾽ Ἐκβάτανα ἰέναι, ὐδ᾽ ἀποκρύψαι δεῖ. De formula ἀποκρύπτειν τὴν θάλασσαν, tam procul proficiſci ab ora maritima in terram continentem, ut mare conſpectui ſubducatur, jam ſupra, ad p. 379, 1. dixi, et nuper admodum legi eam illuſtratam ab Erneſtio V. C. ad ſecundum Epigramma Callimachi, ubi locum e Luciani Ver. Hiſtor. 2, 38. allegat; ἐπεὶ δ᾽ ἐκείνυς ἀπεκρύψαμεν. *quorum e conſpectu cum veniſſemus.*

474. 2 comma revocandum et ante περὶ collocandum. 3 παρεληλύθασιν] ſuperarunt Lacedaemonios curſu atque praevenerunt καλῶς ποιῦντες. id quod ab iis factum laudo et recte factum puto congratulorque. 4 cum poſſent Lacedaemonii praecurſores ſuos conſequi, quamquam poſt eos demum currere coeperunt. 6 τύτων refero ad Thebanos, et cum eo in conſtructione verborum grammatica tacite jungo παρὰ e verbo παραδέξασθαι. quaſi dixiſſet μηδὲν πλέον ὑπομεῖναι δέξασθαι παρὰ τύτων. non plus, quam eorum virtus et faſtus ſe dignum putet ultroque admittat, patientur ab his, Thebanis puta, ſibi injungi. 7 ἔργον,

475. 1 ἐξερρύηκε. 5 recte πεπονηκυίας tuetur Weſſeling V. C. ad Diodor. Sic. I. 499, 5. 8 πρεσβεύσεσθαι in futuro. 10 φήσει. *dicet.* 13 ὐδετέροις in dativo. 16 συνειδῶσιν. conſcii ſibi ſint inter ſe. *penult.* recte dat codex Morell. παρά. reliqua ejusdem h. l. minus probo.

476. 10 ἡμῶν eſt iterandum. δι' ἡμῶν ἡμῶν, ἀν ὅτω τ. κ. manibus noſtris nos vincent, ſi ſic eveniat. 15 περὶ ἀναιρέσεως] ſubaudi πολεμεῖν. ſi cum neutris ea lege bellum gerere ſuſtinemus, ut eorum alteros funditus deleamus. 17 εἶναι καὶ quid ſibi velint non video, neque decedit quidquam orationi, iis deletis. 18 probo lectiones e codice Morelli ad hunc verſum et ad poſtremum allatas.

AD ORATIONEM
DE SOCIETATE PRIMAM.

477. 7. εὖ ποιῶν. 10 τὸ] l. τε.

478. 2 εἰ] l. εἰς. adeo antecedunt praeſentia priſtinis. ſententia eſt, in humanitate adeo profecimus, ut priſtinum noſtrum officium, ad hoc, quod nunc vobis praeſtamus, nihil ſit. 4 f. τὴν τῶν παρ' ὑμῖν συμβόλων. 10 poſt κατελείπομεν, aut ante, deeſſe videtur πρὸς τοῖς ὅροις in confinio noſtrae veſtraeque ditionis paratos in armis reliquimus noſtros milites. 14 f. εὐτύχημ' ἂν ἦν τοῦτο, ὑμῖν δ' ἴσως. penult. εἶχον. ut etiam Canterus expreſſit. v. p. 493, 2.

479. 4 τοῦ τότε δοῦναι. ſic diſtingu. et ſic quoque reddidit Canterus. 8 εἰ, πρὶν γενέσθαι, γνῶναι. 10 ἀπολώλεσαν. 19 τά τε πράγματα.] l. καὶ τὰ πρ. aut τά γε πρ. *antepen.* ita diſtinguo h. l. ὥσπερ ὑμῖν, ἢ οὐκ; Reſponſio ἔδωκε, καὶ πολλάς. Iterum interrogat. καὶ συνήνεγκεν αὐτοῖς εἰς τέλος, ἢ οὔ. Reſp. οὐ συνήνεγκε. Interrogabo vos, ait orator. reſpondete mihi. deditne Philippus Olynthiis dona, ut vobis dedit? ipſe ſibi orator Thebanorum nomine reſpondet. Dedit profecto, eaque multa et magna. Iterum interrogat. Illane dona expediſſe Olynthiis in exitu conſtitit, an nocuiſſe? reſpondet: nocuiſſe quam maxime.

480. 2 neſcio quid ſibi velit illud ἀλογίας. videtur alienum ab hoc loco eſſe. 8 Φιλίππῳ. 10 ἔξω] ſubaudi τῶν Πυλῶν. v. verſu 14. 14 ἐποικοῦσιν. 15 neſcio quid Canteri σκοπὴν velit. non videntur operae manum ejus reddidiſſe. f. leg. τίνος αὐτοὺς εἶναι δεῖ, σκοποῦντες ἀεὶ διάγουσι. ut nullo non tempore cogitaverint, cum quonam ſe facere oporteat. 18 f. ἐξ ἡμῶν οὖν καὶ ὧν εἰς ἡμᾶς σύνιστε ὑμῖν αὐτοί. e nobis itaque et ex iis, quae a Philippo in nos profecta eſſe vos ipſi nobis eſtis conſcii. deinde deeſt aliquod verbum e. c. θαῤῥεῖτε, *bono animo eſtote*, aut tale aliquid. 19 τοῦτο] ſcil. ejusmodi animum, ut velit vobis melius eſſe, quam ſibi expediat. v. verſ. 17. *penult.* κρῖναι eſt tertia perſ. ſingul. optat. aor. 1. act. non infinitivus.

481. 4 f. χεῖν. aliquando fuiſſe animo benevolo. aliquando humanitatem prae ſe tuliſſe. v. verſu 5. 8 primum καὶ delend. 11 f. ὑφαρπάζειν. eſt quidem id uſitatius. 12 γε] l. τε. 14 f. εὐθηνῇ. 19 κωλυτὴν] ſententia videtur μηνυτὴν poſcere. forſitan Canterus quoque id in animo habebat, *nuncium* reddens, aut κήρυκα. poſſit vulgata defendi interpretando, fecialem, qui hoſtibus uſu injuriarum interdicat. ſed hoc eſt coactius.

482. 1 προκαθίει. quod verbum προκαθιέναι uſurpatur de ſpeculatore, praecurſore, legato, εὐτρεπισῇ, quem ſibi quis, mox ſubſecuturus ipſe, praemittit ad explorandum et conciliandum multitudinis animos. 8 τούτοις. praetereaque. *penult.* poſt χρῆσθαι deeſt ὀργίζεσθαι aut χαλεπαίνειν, aut ſimile. *ibid.* φυλάξασθαι, καὶ μὴ δι᾽ ἐκεῖνα: et id Canterus quoque in latinis reddidit.

483. 4 recte vidit Anglus δεῖν leg. eſſe. 8 ſi modo verbo hoc ὑβρίζεσθαι aut ſimili hac in re utendum eſt. h. e. modo nimium non ſit, neque durius verbum, quam pro re ſignificanda, quae longe mitius et lenius quid eſt, quam contumelia et injuria. forte tamen pro τούτων leg. eſt τοιοῦτον. 11 λέγοι τὸ duobus vocabulis, vel τὶ δ᾽ ἄν τις τι λέγοι τῶν βλασφήμων. 17 ἐπὶ μηδεμιᾶς. *penult.* recte vidit, quisquis fuit, nam Cantero eſt, quam Jebbo, ſimilius, leg. eſſe τῶν.

484. 1 poſſet συμβήσεται ad ἐγκλήματα re-erri, malim tamen συμβήσονται quia, πόλεμοι et τάσεις praeceſſerunt. *ibid.* εἰ δ' ἄρα μὴ, τὴν ταχίστην. ad μὴ vel οὐ ſubauditur οἷόν τε ἐστὶ, quod modo praeceſſit, et in vero ordine ſtatim poſt συμβήσεται ſtare deberet. ſed placuit auctori trajicere. 2 φύσει προειρῆσθαι. natura indictum et imperatum eſſe. 4 ὅταν uno vocabulo. 7 cui nobiscum res ſit, ſi aliud nihil majus ille in nos efficere queat, hoc ſaltim commune et triviale et nulli non datum poteſt, ut de nobis queratur. 15 verba καὶ ὑμῖν ἀμφοτέροις τοῦ δέοντος ἐναντίως videntur eſſe delenda, ut perperam e ſuperioribus repetita.

30. 4 debebat hic lectio cod. Barocc. et Coislin. recipi. 8 f. ἕτερον. dicitur enim κληρονομεῖν τινα. *ibid.* προέχοντα hic non ſignificat *praeſtantem*, ſed *praehabentem*, h. e. prius habentem. prius puta, quam alter, aut, prius, quam ipſi communicaretur vel tribueretur.

31. 3 ἀλλὰ] hujus loco dat codex C. N. οἱ δὲ. id fert quidem uſitatior loquendi modus. ſed vulgata vel pro eleganti et exquiſita poteſt haberi. 5 f. ἐνδόντες. h. e. εἴκοντες. 8 recte addit codex Coislin. ἡγεμὼν. 9 f. οὐχ ὁμοίως δὲ καὶ ἡ φύσις. quamquam non neſcio Ariſtidem haud raro ὡς pro οὕτως vel ὁμοίως uſurpare, ut, e. c. p. 36, 5. ὡς δ᾽ αὖ *pari modo e contrario*. ſed ibi longe alia eſt ratio.

32. 13 pro εὑρίσκει ſubſtituendum eſſe verbum σημαίνει, res ipſa loquitur.

33. 2 δεῖ. *ibid.* ἵνα delend. et deinde διδάξει in indicativo modo leg. 16 videatur αὐτὴν leg. eſſe, ut ad τέχνην referatur. ſed αὐτὸ bene habet, ut e verſu proximo apparet, ubi αὐτὸ τοῦτο repetitur. quapropter dicendum eſt, illud ab auctore eſſe ad τὸ σημαινόμενον, id quod deſignavit, relatum, et ſubaudiri debere τὸ μετέχειν τέχνης.

34

34. 3. τῶν ἐπιόντων] quamquam eorum, quae commentanti ſuccurrebant, et velut mentem atque linguam obruebant, multa omiſi. 6 poſt τέχνης videtur μέτεςι deeſſe. 9 ſententia poſtulat προσάγειν τοῖς λόγοις τὲς ἀκροατὰς ὅτως, ὅπως ἂν ςοχάζηται. v. verſu 11. 14 f. λόγῳ, ὡσπερεὶ σκοπῷ, ὅτω ςοχάζονται.

35. 2 aut ὅτι πλεῖςον eſt leg. aut τὸν λόγον. 3 συγκρȣόμενον.] poteſt hoc verbum gemino modo accipi; uno, *ſecum pugnans*; altero, ut Canterus accepit, *hoc ex ipſius verbis concluditur.* in illo ductum eſt ſimile a vaſis teſtaceis inter ſe colliſis, eoque crepitantibus et confractis; in hoc, a fabris maſſam ferri candentem ictibus malleorum contundentibus et ſolidantibus, vel potius duas pluresve laminas cudendo conferruminantibus. 5 καὶ e ſede ſua evellendum et poſt ἑνὸς eſt collocandum. 7 ὅσον εἰπεῖν recte habet. ſententia eſt. noſtine artem jaculandi, ſaltim ὅσον εἰπεῖν, nomine tenus. h. e. quatenus eam homines appellant. non jam ſcire ex te volo, teneas ne tu artem jaculandi uſu ita, ut etiam metam aut feram ferire poſſis, ſed ſolummodo hoc te rogo, ſitne tibi hujus artis nomen notum. ſed pro ἢ malim καί: καὶ καλεῖς propter ſequens verſu 8. οἶδα καὶ καλῶ quamquam quis imponat auctoribus neceſſitatem ſemper eodem modo loquendi? 8 εἴρηκας. enarraviſti. 14 τὸ σύμπαν εἰπεῖν.] ut univerſe dicam. h. e. in illa ſcientia ſola, quam gubernator a magiſtro accepit na-

 vis

vis gubernandae, omnia non inſunt, ſi me omnia vis nominare, quae navi gubernandae conducunt. vel potius τὸ σύμπαν hic loci eſt τὸ κεφάλαιον. ſumma rei, praecipuum momentum. ſi vis ex me id audire, in quo ſitum eſt maximum momentum.

36. 1 f. καὶ ὃ τότ' ἦν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν. et quod in ſuperiore exemplo, gubernatorum puta ex Attica in Aeginam transvehentium, erat in oculis. v. p. 35, 16. ubi dicit ὁρῶσι cernunt oculis inſulam, id nunc in his longinquioribus itineribus cum non vident, conjectura aeſtimant ubi ſit? 2 recte abeſt ſecundum ςοχάζεσθαι a codice Coll. Nov. et Coislin. nam φέρε cum πλεῖν cohaeret, et conſtructio verborum haec eſt. φέρε τὸν Ὀδυσσέα πλεῖν. fac, finge Vlyſſem navi avehi et curſum maritimum ingredi, vel ingreſſum eſſe, ἀκηκοότα, poſtquam audiſſet a Calypſone. 6. f. ὡς δ' οὐ καὶ ἐπιδέξια. ὥςε οὐκ ἐςιν οὐδὲ Φάρου τυχεῖν, οὐδὲ πορθμοῦ, διὰ βιβλίου. ex quo colligitur, e ſolo libello nautico, quo praecepta navigandi tradita, et cautiones praeſcriptae, et locorum ſitus indicati ſint, gubernatorem nullum poſſe, ne pharum quidem unum aliquem — 7 f. πάλιν δὲ τί [ſcil. μαθόντες] ἔξω ſine εἰς. aut eo ſervato πάλιν δὲ εἰς τὰ ἔξω. 13 loco καὶ ſuadeam κἂν. diſtinguo enim ſic. εἰ δὲ δή, κἂν περὶ — quod ſi vero, etiamſi (vel etiam tum, cum) de illis gubernatoribus loqueris, qui — nihilominus tamen ipſis tribuis hanc appellationem

nem — erit itaque κἂν h. l. idem atque καὶ ἂν, ideſt καὶ ὅταν, et δὲ verſu 15. elegans ſolummodo, nullo modo autem neceſſaria, Herodoto et Homero perquam uſurpata repetitio praemiſſi δὲ verſu 13. erit itaque dictio εἰ δὲ δὴ, κἂν διαλέγῃ — ὅμως. δ' ἀποδίδως. tantumdem atque εἰ δὲ δὴ καὶ διαλεγόμενος — ὅμως ἀποδίδως. *ult.* πάντως] ita eſt in textu, at in variis lectionibus tamen affirmatur, idem in codice C. N. eſſe. neceſſe eſt in eo codice aliud exſtare, f. πάντων ibi legitur. quae vera eſt lectio. aptum eſt hoc πάντων e ϛοχάζονται. gubernatores conjectant de ventis, (quinam ſibi ſint occurſuri) de portubus, ſintne eo perventuri (certo quodam tempore) ut brevis ſim, de rebus ſi fas eſt dicere omnibus. εἰ φθήσονται idem eſt atque εἰ ἥξουσι πρὸς αὐτοὺς.

37. 4 praefero e codice Barocc. ἐάν τε καὶ μή. 5 f. γυμνάσῃ πρὸς ὃ πεπείραται. poſtquam eum illo modo et ad eum finem exercuit, quem ſuadebat corporis ejus indoles experimentis cognita. aliter enim exercendi ſunt bene valentes, aliter tabidi, aliter calculoſi, aliter alii, ut e Mercurialis Gymnaſticis conſtat. 7. ἐκ τῶνδε] fore ut ab hoc vel illo morbo liberetur per gymnaſticam et ab eo liber et intactus permaneat, aut in perpetuum, aut ad certum tempus. 8 pro εἰ leg. eſt ἤ. eſt enunciatio e genere disjunctorum. aut furit gymnaſta, ſi non conjectat, aut, ſi recte ſapit, conjectat. 9 ϛοχάζεσθαι μὲν τοῦ βελτίστου. *ibid.* ſervari debue-

buerat vetus lectio ἔχειν. 10 f. ſic leg. ὁ δὲ ταῖς μὲν πείραις εἰς πίστιν ἰσχύσας, καὶ τοῖς φαρμάκοις, καὶ ταῖς διαίταις, καὶ ἀσφαλῶς ἤδη χρώμενος τούτοις — medicus, qui ſaepius repetitis ſuarum medicationum experimentis tam per medicaminum, quam per victus diverſas rationes id conſecutus eſt, ut iis jam ſecure et fidenter utatur, quorum vires et eventa certo explorata et cognita habeat. 14 ἐλείποντο] ſubaudi εἰ τοῦτο ἠπίσταντο vel ἐδύναντο. ſi hoc poſſent, non eſſent Aeſculapio tanto inferiores.

38. 2 f. οὔτε ἐν ταῖς αὐταῖς νόσοις ἅπασι λυσιτελεῖ ταὐτά. ne in iisdem quidem morbis conveniunt aegris eadem omnibus. 8 πομπείου τυχεῖν dicitur aliquis, cujus ſimulacrum aureum vel argenteum inter ſimulacra deorum publica in pompa circumducitur aut geſtatur. πομπεῖον eſt ferculum, machina lignea, in qua aliquid circumfertur. 16 ἔχε τἄλλα. *penult.* recte dat codex Barocc. ἀλλ' ὡς οὐχ ἥγε. *ult.* f. ſic diſtingu. φύσεως. ἱκανῶς ταυτὶ μόνον. erit itaque haec ſententia. habe tibi tu quidem reliqua omnia pro conceſſis; hoc unum tamen ſi ſatis, et, ut par eſt, demonſtraveris, quod ne nunquam facere poſſis vehementer metuo, miſtionem puta colorum non eſſe artis, et non modo artis, ſed ne naturae quidem, ad certum finem adſpirantis, certasque leges ſequentis, tum demum ut rhetoricam quamvis derideas per me licebit.

39. 2 τῶν χρωμάτων pro vulgata poſſit hoc afferri, χρῶμα eſſe omne quod corpori aut rei illinatur colorandi cauſa. 5 recte dat codex Coislin. καίτοι. 7 hoc ipſum, de quo loquimur, ſcil. εἰκάσαι, probabili conjectura ductum opinari, ſcire unum ſolum, praeterea nihil ſcire, quam opinari. 8 μηδεὶς μηδέν. 9 f. ἐν ἄλλοις vel ἑτέροις τισὶ δράμασι. dialogos Platonis recte δράματα appellat. Sunt enim ficta colloquia. *ibid.* ἑτέρων] ſubaudi πραγμάτων vel ἐγχειρημάτων vel et λόγων. 14 aut ὅτι redundat cum ſit initium atque indicium recitationis verborum alienorum. aut ſubauditur ζητοῦσιν οἱ ἔμφρονες τὰ μέλλοντα. nam cum fine hujus verſus finit etiam haec ſententia vel complexio, et loco commatis figendum eſt punctum. 17 comma pone ποιεῖν collocandum eſt. 18 Ζεύς] verſus, ni fallor, Euripidis eſt. *penult.* τὸ γὰρ δεύτερόν ἐστιν αὐτῷ] ſtatim enim ſubjicit idem poeta. καὶ τὸ τέλος αὐτὸς ἔχει. et in ejus poteſtate ſunt rerum exitus. inſerendum eſt τὸ, ut metrum conſtet. eſt enim initium ſenarii. ſi modo eſt. nam ſequentia ex eadem ῥήσει petita non facile poſſunt ad metri leges reduci. difficile et periculoſum eſt in fragmentis poetarum tragicorum ingenium velle oſtentare. Id ipſum certo non conſtat, poetaene ſint, an noſtri Sophiſtae, ea quae verſu leguntur ultimo.

40. 3 f. οὐ γὰρ ἔκκειται τὰ πράγματα αὐτὰ προφαινόμενα. 5 recte videtur codex C. N.

πύστεις dare. res interrogando comperiendas, ſeu quaeſita, admovens ad ſigna, et cum illis haec comparans, ita elicit probabilem de futuris conjecturam. 6 poſt πολέμου deeſt aliquid. e. c. ἀλλ' ὅπου, καὶ ὅταν, item verſu 7. poſt πάλιν aut rurſus deeſt aliquid, aut loco primi ἡ leg. eſt εἰ num. 8 οὗτος del. ut prava ſcriptio ſequentis οὕτως. 9 Αἰγυπτίου] plani, impoſtoris, aretalogi, arioli, qui e lineamentis vultus aut manus aut e themate natalicio fortunas ſimplici et credulae plebeculae praedicit. Intelligimus hinc Aegyptios jam tunc temporis illas nugaces artes exercuiſſe, et veram eorum ſobolem eſſe illos planos, quos Gallofranci *Giptiens* appellant. v. ad Dion. Caſſ. p. 935. *ult.* 14 f. praeſtat ἐπίνοιαν editionis Stephani. ſi ἐπίνοια hic accipitur pro ſententia poſteriore, priori ſubjecta. ut ἐπιμύθιον, et ἐπίλογος. ſed ſatius eſt hic me profiteri aquam mihi haerere. deinde recte dat codex Coislin. ταύτης καὶ μόνης εἶναι. pen. δὲ] f. δαί. quare igitur miraris? *ult.* στοχάζεται.

41. 1 ἅπτ' ἂν εὑρ. 9 f. πασῶν τῶν τεχνῶν ὡς εἰπεῖν. 10 καὶ primum eſt delend. τοῖς συμβόλοις eſt idem atque ἐκ τῶν συμβόλων. et διαφθείρειν accipio pro διαβάλλειν, per eadem illa ſigna infamare, quibus illam agnoſcere et approbare debebat. γνωρίσαι. ſcil. ὅτι ἐστὶ τέχνη. 12 recte codex Coislin. γε addit. 15 μεγίστων] ſignificat res divinas. nonne illam quae de rebus maximis diſputat et tradit, ſive ſcientiam,

tiam, ſive ſubtilitatem ingenii, mirificam conjectandi dexteritatem (haec enim eſt σοφία calliditas) appellare oportet.

42. 1 f. ταῦτα μόνα συμβουλεύειν. 5 videatur οὐκ eſſe delendum. ſed poſt μὴ ἐκφεύγει redundat apud Noſtrum. 14 recte dant libri quidam τὸν δῆμον. *ult.* alias ſunt οἱ ταῖς διαβολαῖς προκατειλημμένοι occupati calumniis, illi, quorum animi calumniis inſeſſi et adverſus aliquem odio inflammati ſunt; ut veritati et amori aditus nullus pateat. hic autem ſunt denigrati calumniis, invidia publica laborantes, adverſus quos ita exarſit populus, ut eos indicta et inaudita cauſa damnet.

43. 5 recte dant codices plures θύρας. 7 αὐτῶν τῶν φόβων] ipſo metu, exilii puta, aut extremi ſupplicii liberare. 9 αὐτοῖς bene habet. pertinet enim ad ἐνῆν. ſed pro ἔμενον leg. ἐμελέτων. ne liceret quidem ipſis profiteri ſe hac in re ſtudium ponere, ſi vel maxime haec res ipſis curae cordique eſſet, ut ſcilicet plebi jucunda dicerent.

44. 3 recte dat ed. Steph. τηροῦντα. ſubauditur enim τινα. 5 οἱ δημόσιοι h. l. iidem ſunt atque οἱ δήμιοι, *carnifices.* v. ad Dion. Chryſoſt. p. 116. 11 poſt ἀλλὰ deeſt τοῖς. 12 primum αὐτοῖς del. 13 συμβόλου. 16 f. ſic conſtituendus eſt locus. ὅ, τι γὰρ ἂν φαίης ἁρμόττειν τὸν τοιοῦτον ἀκοῦσαι, τῷ ῥήτορι ἁρμόττει, προστάτης, διδάσκαλος. Πάντα — quidquid enim dixeris tali, paedagogo puta, conveniens, id

oratori

oratori quoque convenit, antiſtes, magiſter. Omnia haec nomina ſunt oratoris. ἄρχων a cod. Coislin. abeſt, cujus in locum ἁρμόττει ſuffecimus. poteſt illud quoque ſervari, modo hoc ne deſit. ſed eſt tamen vulgata etiam non mala, ſi ſtatuas verba more graecis et latinis communi eſſe paulo conturbatius compoſita, quae ordine planiore ſic eſſent collocanda. ἁρμόττει γὰρ τῷ ῥήτορι ἀκοῦσαι πᾶν ὅ, τι ἂν φαίης τὸ τοιοῦτον ὄν, οἷον ἄρχων. nihil enim non convenit in oratorem ex hoc genere, ut ſi dixeris, imperator — *ult.* ſic diſtinguo. ἀλλ', εἴτι που καὶ, χαρίζεται. Conſtructio eſt ἀλλὰ χαρίζεται, εἴτι που καὶ χαρίζεται.

45. 5 ναύταις ὁρῶν, ἀλλ' ὡς αὐτὸς — *ibid.* ἐστὶ hic loci idem valet atque γίγνεται. omnia fiunt ex eorum ſententia. alias legi oporteret πρὸς τῶν ἡγεμόνων. omnia ſtant a parte imperantium, iisque prona et ſecunda ſunt. 9 τῆς ἐξουσίας. facile τῆς ob proximum τις potuit excidere. ſubauditur ad hunc genitivum ἀπὸ. εἰ καί τις ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἐξουσίας τι χαρίζεται. *ibid.* recte dat codex Barocc. πρὸς τῷ et praeterquam quod auctoritatem ſalvam retinet, rationem habet eorum, quibus multitudo ſtudet. diſtinguendum itaque ſic eſt. καὶ, πρὸς τῷ σώζειν τὴν ἑαυτοῦ τάξιν, στοχάζεται καὶ τῆς — 13 parum refert ſecundum καὶ ſerves, an cum codice Coislin. omittas. ſi ſervas, debet a communi λέγε repeti. ſed tum loquere, tum fac mentionem hujus rei, quum rhetores etiam gratiae aliquid

aliquid dant ſalva utilitate publica. ſi autem omittis, erit punctum commate mutandum, et conſtructio haec. ἀλλ' ἀπόδος τῇ ῥητορικῇ τὴν πρέπουσαν εὐφημίαν κατὰ τοῦτο, εἰ [quod idem valet hic loci atque ὅτι] τοῦ βελτίστου στοχάζονται. ſcil. οἱ ῥήτορες. 15 μὲν non habet ſequens δὲ, recte tamen hic quidem loci. nam facile ab attento lectore oppoſita ſententia ſubauditur. Ego quidem, ait, contrariae ſententiae fidem ex ipſis rebus adſtruo. σὺ δὲ τίνα παρέχῃ. tu autem quamnam pro te et in cauſa tua demonſtrationem affers? 16 recte dat codex Barocc. παρέχομαι. 17 οὕτω γε] hac quidem via, ſcil. plebi adulando ejusque ſtudiis ſerviendo. *ult.* ταῦτα] ſcil. τὸ μήτε ἐνδοξήσειν, μήτε χρηματιεῖσθαι.

46. 2 aut del. οἱ aut leg. εἴπερ ἦσαν, οἱ [vel οἷοι] λέγονται, διπλοῖ τ. φ. 4 poſt δῆμος videtur ἑνὸς βουλήματος deeſſe. ſaepe tamen εἷς uſurpatur pro conſentiens ſecum. quare nihil mutandum. 5 malim ἀλλαχόσε. 6 ταῖς τύχαις. 8 φῦλλα, ἃ δοκεῖ. 12 χρώμενοι facile patiar abeſſe. ſi ſervatur, ita debet accipi. ſemper egentes manuductore, quamquam eo ſemper utuntur. h. e. qui nunquam eo proficiunt, ut ſuis pedibus incedant. 13 πῶς] malim τίνων *quorumnam?* 18 ὅτι τοίνυν] mirifice contorta et implicata verborum ſeries ita eſt explicanda. ἔξεστι τοίνυν ἴσως εἰπεῖν τοῦτό γε, ὡς κἂν παῖς, προσέχων φωράσεις, ὅτι Πλάτων ὡμολόγηκε.

γηκε. Poteſt etiam τῦτό γε ad φωράσειεν et ἐλέγξειεν referri.

47. 1 rectius eſt πιστικῆς e codice Barocc. 8. οἱ βυλόμενοι ſunt ipſe ὁ δῆμος, concio, plebs. *ibid.* λέγυσιν] imperant, flagitant, volunt ſecum agi. quod in codicibus quibusdam eſt κελεύυσιν, id aut ſcholium eſt, aut varians lectio. nam quae coram ſe oratione exponi volunt illi, qui diſputantem audire volunt, ea ut exponant ipſi oratores impelluntur. ipſis oratoribus a populo perſuadetur ut ea velint dicere, non oratores plebi perſuadent, ut ea audiat, quae dicere ipſi volunt. 13 recte τύτοις abeſt a multis libris. 14 diſtinguo οἷον, ὡς ἐτοσὶ [ſubaudi φησὶ] φάναι στοχάζεσθαι. neque ejusmodi quid eſſe rhetoricam, de quo liceat dicere, conjecturale id eſſe, vel conjectura contineri. neque eo loco eſt, ut pro magno haberi debeat atque inſperato beneficio, ſi demonſtretur, id de arte participare et ad artium claſſem pertinere. *ven.* poſt πολλῶν excidit ἀρκείτω ἡμῖν δεδείχθαι. quae adhuc a nobis demonſtrata ſunt, ea nobis ſufficere nolim, ſed operae quoque pretium eſt demonſtrare, eſſe rhetoricam eam rem, quae et plurimum rationis in ſe teneat, vel potius tota verſetur in ratione. μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν ἐν λόγοις. poteſt quoque haec dictio ſic reddi. vel potius ſit caput et ſumma in literis.

48. 3 οἷς ἂν δυνατὸν] hic videtur aliquis infinitivus abeſſe. f. οἷς ἂν κατιδεῖν δυνατὸν. qui id cer-

id cernere, agnoſcere, intelligere poſſunt. 6 τῦτο] ſcil. τὴν ῥητορικὴν. *ibid.* εἶναι pendet è ſuperiore οἶμαι. hoc igitur illud eſſe exiſtimo quod effecerit ut homines invenirent. ſaepe tamen εἶναι et ἐςὶ in libris graecis inter ſe permutantur errore librariorum, propterea quod εἶναι in novo graeco ſermone, qualis hodie uſurpatur, idem ſignificat atque vetus ἐςὶ. quare haud ſcio an ἐςὶ hic praeſtet. 8 comma ad γενήσεται revocandum. quod unum idemque plebi conducat, et ipſis illis, qui ad exercendam vim et ad injurias inferendas natura propenſi eſſent. 9 f. ὑδὲ γὰρ ὑδ' ἐκεῖνοι. 11 ἔμενε] ſubaudi λοιπόν. v. verſu 17. ubi eſt κατελείπετο. 18 f. μὴ ἐῤῥεῖν. *ult.* poſt ἥττοσι deeſt τοῖς βιαίοις. nam ut oppoſiti inter ſe ſunt juxtaque compoſiti οἱ ἰσχυροὶ τοῖς ἥττοσι, ita deſiderant quoque οἱ ἐπιεικεῖς partem ſibi e contrario reſpondentem, ſcil. τὺς βιαίυς, violentos, injuſtos. Sic ego olim. nunc autem puto vulgatae acquieſcendum eſſe. nam quae p. 49, 1. leguntur, ea ſatis declarant, non niſi tria hominum genera hic eſſe commemorata. τοῖς ἰσχυροῖς conveniunt haec verba: aut intercedere eorum injuriis et occurrere, aut illatam vim poenis ulciſci. τοῖς ἥττοσι conveniunt haec: illis libertatem vitae atque ſecuritatem comparare. τοῖς ἐπιεικέσι denique iſtaec: praeſtare gratiam et praemia iis, qui ſponte ſua juſtitiam colant. Conſtare poteſt hoc exemplo, quanta

ſit auctorum emendationi adhibenda cautio, cum ſaepe vel ſpecioſiſſima fallant.

49. 5 ἄλλῳ τῶν ἀνίσων. 12 τῦτο] illud ſcil. quod diximus de origine oratoriae, et ejus cum legum origine convenientia. 15 f. ὡς ὅρῳ εἰπεῖν. ſi definite pronunciare oportet. aut, ſi definitione rem complecti neceſſe mihi eſt. aut ὡς βραχέως εἰπεῖν ſi totam rem paucis complecti volumus.

50. 2 diſtinguo ſic. ἐπιτρέπων, τὸ δοκῦν ἑαυτῷ κρατεῖν ἀξιοῖ. et ſic quoque Canterus vertit. graeci ἐπιτρέπειν ſic nude ponere ſolent ut ſubaudiendum relinquant ἑαυτὸν, aut τὸ πρᾶγμα. 3 ποῖ' ἄττ' ἐςὶν. 5 verba εἴπερ τό γε ἀκριβὲς ἐπ' ἀμφοτέρων δεῖ θεωρεῖν malim transſlocari et hoc ipſo verſu poſt μᾶλλον δὲ poni. quin potius, ſi verum in ambabus diligenter ſpectandum eſt, legum conſtituendarum ratio pars erit artis oratoriae. 6 ſic diſtinguo. δευτέρος. Πῶς? *qui? quomodo?* reſpondet πρῶτον μὲν. 7 πάντας τὸ προσῆκον. 9 recte dat codex Barocc. in futuro πεισόντος. 10 αὕτη νόμων ἀρχή] non hinc natae ſunt leges, ſcil. e vi, non vi latae ſunt leges, neque invitis obtruſae, ſed a volentibus conſtitutae, aut a perſuaſis admiſſae. 12 f. μάλιςα μὲν καὶ πρώτυς τὺς ἀντιπράττ. aut alias erit καὶ del. *ibid.* αὐτῷ τύτῳ] ſcil. τῷ πεῖσαι. 13 καὶ videtur aut delend. aut transponendum poſt ὧν, ut ſit τῦς γε πολλῦς, ὑπὲρ ὧν καὶ ἐτίθει τις. ſed non multum intereſt, et vulgata paulo poſt verſu 16. recurrit.

rit. *pænult.* f. ὅ [vel ἃ] εἰ μὲν ἐγώ τι μέμνημαι. codex Coislin. τι confirmat.

51. 1 εἰς videtur delendum, deinde ſupplementum codicis Coislin. admittendum cenſeo. in αὐτὸ poteſt τὸ πρᾶγμα ſubaudiri. aegre tamen illud deſidero. quare aut leg. puto Σωκράτης, αὐτὸ τὸ πρᾶγμά τις σκοπῶν ἢ χαλεπῶς ἴδοι, aut Σωκράτης αὐτός τις σκοπῶν, ἢ χαλεπῶς ἴδοι. 5 γιγνόμενον μέρος] rata portio, conveniens, legitima, debita, neceſſaria pars. 8 καὶ τῶν αὐτῶν πολιτειῶν] et in quibus civitatibus leges obtinent, in iisdem valent quoque edicta. 17 facile patior αὐτῇ abeſſe et abeſt a codice Coisl. ſi ſervatur, dativus cum nominativo erit mutandus. 18 f. τοὺς νόμους. *ibid.* malim καὶ αὐτή. *et ipſa quoque.*

52. 2 αὐτοῖς] l. αὖ τοῖς, diviſis vocabulis. 5 malim ἐκδεξαμένη. 8 recte omittit codex Coislin. αὐτά. 9 ἐπάδουσα] etiam atque etiam inculcans, velut verſiculos cantilenae ſaepius iterandos. 11 recte dant quidam libri ἐπὶ τὴν ῥητορικήν. *contra rhetoricam.* v. de hoc Pindari loco T. III. Hiſtoriae Acad. Regiae Pariſin. Inſcription. p. 190. verſionis germanicae, ubi habetur Fraguieri ad eum locum diſputatio, ad quam T. XI. qui indices et acceſſiones continet, p. 40. nonnulla notavi, quae longum eſſet huc transferre. ſed in breve contraham ibi diſputata, quorum haec eſt ſumma; Platonem, ſeu errore, ſeu conſulto, Pindarici loci pervertiſſe ſententiam, et eum

Ee 2 mu-

mutilaſſe, quo ſententiam ſuis rationibus convenientem ex eo extorqueret. Pindaricus locus ita habet ὁδὸς βιαιότητος ἐλέγχει παιδείᾳ νόμος, ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, δικαιῶν τὸ βιαιον ὑπερτάτᾳ χειρί. vias, h. e. mores, artes, inſtituta, violentiae et libidinis injuriarum redarguit atque coercet diſciplina ſua lex, omnibus imperans, diisque hominibusque, eo, quod punit, vel ulciſcitur violentiam eminentiſſima manu. Miror Ariſtidem Platonis ſeu verſutiam ſeu lapſum non animadvertiſſe, cujus aetate Pindarus adhuc integer exſtabat. Initium loci, unde vera poetae voluntas colligitur et euceſcit, Clemens ſervavit Alexandrinus. Herculis exemplum poenas violentiae atque rapinarum a Geryone repetentis allegat Pindarus confirmandae ſententiae ſuae ergo, vim et libidinem nunquam inultam manere, ſed ſemper exſiſtere aliquem, qui violentos et injurioſos alia vi contraria coerceat atque ulciſcatur. 13 ἄγει] l. ἀεὶ. Rhetorica, ſic ait auctor, locum Pindari non omnino ſic, ut Plato, recitabit, ſed partim ut ille, partim aliter; ad hunc puta modum. νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, ἀεὶ τὸ δίκαιον πρεσβεύων καὶ τοὺς ἐν ὕβρει θρασεῖς νουθετῶν. hic recitandi modus ut initio convenit cum Platonico, ita in exitu vehementer diſcrepat. Lex omnibus imperans mortalibusque et immortalibus, nunquam non tuens et extollens jus, audaces autem et inſolentes com

pescens

peſcens. 14 nam ſi rhetorica verum ſtatuet, et fas ducet atque pronuntiabit, ſummam vim eſſe legem eam, quae jus inter homines dicat. *ult.* τοῖς] ſubaudi σὺν. αὐτὴ τοῖς idem eſt atque αὐτὴ σὺν αὐτοῖς τοῖς ἑαυτῆς λόγοις.

53. 10 φησὶ] ſubaudi τις vel τὸ παροιμιόν. at quid hoc ad me, ait proverbium. 13 καὶ ἐπὶ τούτῳ σύνεστι.

54. 1 f. ὅτι κἀκείνη ταύτης [vel αὐτῆς] προσέδει. quia illa quoque [juſtitiae adminiſtratio] ipſa [rhetorica] opus habebat. 3 recte omittunt libri γάρ. 4 ante ὡς videtur ὅπως deeſſe. qua ratione quam maxime futurum erat ut omnes conſtarent inter ſe. 7 malim φαίνῃ quia praeceſſit ὡς σὺ φῄς. ſaepe tamen oratores perſonas mutant, ut, cum eſſent adverſarium tanquam praeſentem allocuti, ſubito ad auditorem lectoremve convertantur, cum eoque cauſam communicent et de adverſario judicium. 10 μὲν] l. μήν. creberrime in his particulis a librariis et excuſoribus peccatum eſt. 12 ἐν delendum. *ibid.* τῶν ἐχόντων] ſubaudi σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν. 13 τὸν ἐν κόσμῳ βίον.] cujus vitae honeſtae neceſſitatem utilitatem et praeſtantiam nemo agnoſcit, qui logica, hoc eſt rhetorica, non utitur. *ult.* f. τὰ γὰρ ἄδηλα εἰ, καὶ οἷα, γενήσεται. illas enim res de quibus incertum eſt ſintne futurae, et quales ſint futurae.

55. 3 ad locum hunc v. Platonis p. 321, 4. τινα. aut per ſurorem nugatus eſt neſcio quae. 5 recte dat ed. Stephani μόνον οὐ. 7 σφάττων καὶ ἀποπνίγων] qui decreviſſet alios jugulare aut ſtrangulare. idem eſt, more graeco, atque σφάττειν καὶ ἀποπνίγειν βουλόμενος. graeci de re, inchoata modo, loquuntur ita, ut de peracta. aut etiam reddi poteſt, qui ſoleret alias homines mactare, aut qui adhuc conſueviſſet, jam nihil ejusmodi auderet praeceptis eloquentiae auſcultans. 8 poſt ἀλλὰ tacite repetitur a communi διεπράττετο ἃ ἂν διαπράττοιτο. ſed perfecturus ille eſſet, quaecunque tandem eſſet perfecturus, ita, ſi perſuaſiſſet atque demonſtraſſet civibus liquido atque perſpicue. 9 et 10. leg. eſt utroque loco φήσει. *dicet.* rhetorica puta. *ult.* neceſſarium eſt codicis Coislin. ſupplementum δήπου.

56. 3 v. Platon. p. 592. 4. recte dat codex Coislin. γὰρ pro μὲν. aut alias eo ſervato leg. οἶμαι, (ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔτι καὶ ἀτοπώτερα. atqui hoc eſt adhuc ſtultius.

57. 6 ἴσχυσεν. quemadmodum οἱ νόμοι, leges, a quibus, ut dixi, hoc ὄνομα vocabulum ſcil. verbum νομίζειν productum et in uſum miſſum eſt. 8 malim εἰς τοὺς δὲ ὑπὲρ. *penult.* comma poſt δίκαιον promovendum, ut etiam Canterus reddidit.

58. 1 recte dat editio Stephani τὰ νῦν et συκοφαντοῦντας. malim quoque ὡσθ', ὅσις. 7 οὐδὲ παρὰ πολὺ] ſubaudi ἀλλὰ παρὰ τὸ πᾶν. Sententia

tia haec eſt. nihil plane turpitudinis penes eos eſt: non ſolum modo *παρὰ μικρὸν*, neque etiam *παρὰ πολὺ*, ſed plane *παρὰ τὸ πᾶν*. quae dictiones hoc volunt: non ſolummodo parvum eſt diſcrimen, quo abſunt a turpitudine, neque ſolum modo permagnum illud eſt, ſed prorſus infinitum. in illis *παρὰ μικρὸν*, et *παρὰ πολὺ*, ſubauditur *τὸ διάφορον* aut *διάστημα*. ſimilis eſt illa dictio Demoſthenis *οὐ πολλοῦ γε δεῖ*. ſubaudi *ἀλλὰ τοῦ πάντος*. non modo multum intereſt inter hoc et illud, ſed ita longe inter ſe diſtant haec, ut nulla plane ratio comparationis ea intercedere queat. Sententia igitur loci haec eſt. Si tu concedis quidem inter rhetoras et turpitudines atque flagitia permultum intereſſe, contendis tamen adhuc eos nonnulla vitiorum attingi quaſi affinitate, nego te verum dicere, etiamſi tu facias illam communionem quamvis diſtantem. 10 ſervari debebat vetus lectio *ὥσπερ*. 12 *καὶ ἄλλο τι χρήσασθαι τὸ τοιοῦτον*] et aliis quibusdam ſimilibus modis nave uti. idem enim eſt ac ſi dixiſſet *καὶ πρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον χρήσασθαι τῇ νηΐ*, aut *καὶ πρὸς ἄλλους τινὰς τοιούτους τρόπους ἰσχροὺς καὶ βλαβεροὺς ἀποχρήσασθαι τῇ νηΐ*.

59. 4 *ἀδικεῖν*] ſubaudiri, aut potius addi portet *αὐτήν*. artem puta. vel etiam pro *ᾧ* legi poteſt *ὃ*. injuriam facere illi parti artis cujus eſt conſors. 5 f. *ἀλλ' οὐ τὴν τέχνην οὕτω, καὶ διπλοῦν ποιεῖν τοὔνειδος*. illum arti infamiam, eamque geminam, adſpergere, non

 autem

autem ipſum ab arte infamari. eſt autem illa gemina infamia haec. una quod ars fini eſt alii adhibita, quam ei, cujus cauſa inventa eſt et ad quem tendit. altera quod malo et noxio fini eſt adhibita, ſeu per eam malo ſunt mulctati homines. 9 καταριθμεῖσθαι bene habet. Conſtructio eſt ἡ νομοθετικὴ ἐςὶ χρηςόν τι καὶ καλόν, [ſcil. πρᾶγμα] καὶ ὐκ ἐκπεφευγὸς τὸ καταριθμεῖσθαι σὺν τῇ δικαιοσύνῃ legiſlatoria eſt res utilis et praeclara, neque diſſociata a poſſe numerari una cun juſtitia civili. quod autem ejusmodi eſt, ut non effugerit τὸ poſſe numerari cum aliqua re, ideſt procul dubio ἐν τῷ poſſe numerari cum ea. h. e. in numero eſt earum rerum, quae poſſunt una cum ea nominari, eique adjungi. et id quidem poteſt fieri jure meritoque. quidquod Plato ipſe non modo legiſlatoriam cum juſtitia civili conjungit, ſed etiam illam huic anteponit. 12 recte dat codex Coislin. ὄντων. *ibid.* ἄμεινον ὂν αὐτοῖς χρ. *penult.* φήσει] l. φύσει. dicemus natura eſſe praeclarum quid et juſtum. nam φήσομεν e verſu 15. etiam hic eſt tacite repetendum. *ult.* non eſſe eas leges, ſed potius, ut Demoſthenis dictione utar, aliquid legibus repugnans.

60. 1 f. ὅτι ὦ ὧδε ἐλεεινῶς-σύ ἐρωτῶν ὐ φοβεῖ με τῦτο. adderem ego quidem haec: O tu, quisquis es, qui mihi dubia tam miſera et ridicula et futilia proponis, non hoc me terret. 3 poſt εἶναι aut poſt νόμυς excidit φημί. nego enim has eſſe leges τό γ' ἀκριβὲς, ſi verum volumus.

umus. ut etiam eſt in codice Barocc. 9 recte lat codex Coislin. σώζῃ quia ſic modo prae-ceſſit. 12 τὸ delendum, aut cum καὶ per-nutandum.

61. 2 ταῦτα] f. τούτους, ob ſequens ἐκείνους, ut πάντας. 11 ἀποκρινόμενος in praeſente. bid. f. αὐτῷ leg. eſt pro αὐτὸ. quod idem erit tque παρ' αὐτῷ. eſt enim penes eum locus tiam ſic conformatus, ut ſcil. nos volumus, t ut ſtatim dicam. in διακείμενον ſubauditur πρᾶγμα, negotium, res, ab eo conficta et erbis tradita, colloquium, fabula ſic inſtructa t inſtituta. *ult.* aut εἴπερ leg. eſt cum Can-ero, aut ὅσῳ περ. facile prima ſyllaba periit bſorpta a fine proximi voc. βελτίονος.

62. 16 αὐτῷ τούτῳ, ᾧπερ τὸ αἰδ. illud ipſum, lo ipſo modo et inſtrumento, quo impedit in-uriam tolerandam.

63. 3 ἀλλ' ἕτερον duobus vocabulis, ut ad roximum quoque verſum Canterus monuit. . μόνον. 5 praefero aut ἐάσῃ e codice Cois-n. aut potius ἐᾷ et ſic locum conſtituo εἰ δὲ ήτ' αὐτὴ ἀδικεῖν προσαναγκάζει, μήθ' ἕτερον ἐᾷ ſcil. ἀδικεῖν.) 8 f. μόνον, ὅπως δεῖ, παρέχε-αι, aut ἀμέμπτον παρέχεται. 9 f. ὁ δὲ ῥήτωρ πάντη αλός. 15 f. τῶν ταὐτὰ συμβ. (ſcil. τῇ ῥητορικῇ.)

64. 3 διεξῄειν, diſputabam. 6 f. μηδὲ αρ' αὐτῆς ἐστι καὶ γίγνεται μ. χ. video tamen ulgatam facile defendi poſſe, ſi ſic reſolvatur ηδὲ πάντων, ὁπόσα ἐστὶν ἡ ῥητορικὴ καὶ ὁπόσα γί-νεται, τούτων μηδὲν χρηστόν ἐστιν. 7 αυτ. ibid.

recte dant libri ἐν τῷ βιβλίῳ. 8 μηδὲ τούτων] ſcil. ἄχθομαι vel βλαβερόν. v. ad Dion. Caſſ. p. 26. 16 recte dat ed. Steph. τὰ μέγιστα. 18 προσηκόντως. vulgata ſi ſervatur, ſubaudiri debet τούτῳ. offenderis illo, ſuccenſes illi. penult. recte dat codex Barocc. ταῦτα.

65. 4 recte dant libri τοῦ χάριν. et ſic quoque Canterus reddidit. ibid. aut plane delend. αὖ, aut ejus loco leg. αὐτός. quare nobis, praeter alias aliis de rebus leges, tuliſti tot numero ſeorſim ex illo genere, quod praemia definit integris vitae. in χωρὶς ſubauditur τῶν ἄλλων. 6 προτίθης. ſpectatum proponis ut ſigillarii ſua ſigilla ſeu pupulas. 9 αὐτῷ ſcil. Platoni. Si hoc unum illi, Platoni puta, recte habet, h. e. ſi ab eo recte pronunciatum eſt. 10 recte eſt ἐν in edit. Steph. ante μέν. 12 malim ἐκείνοις et συγχωρουμένοις, ut uſitatius et planius. penult. ὡς οὕτως ἀλλαχοῦ] ſubaudi ἑαυτὸν παραφαίνει διακείμενον, vel ἀποφαινόμενον. quod ne ipſi quidem Platoni placet, illi nempe, quem ipſemet ſeſe alibi ſuorum operum ſpectandum exhibet. ult. recte dat ed. Steph. προσθήσομεν.

66. 3 malim ἵνα aut abeſſe, aut cum τινα mutari. quoniam Plato probat, ſi quis vel illius ipſius ſuffragium rogat, adverſus quem diſputat. 7 πλεῖς, in praeſente. 8 recte codd. dant τὰς τῆς ἀποδ. 9 recte ed. Steph. ἀπεκρίνατο. et ſic quoque paulo poſt ſequitur verſu 11. τούτῳ ἀπόκρισιν. ibid. f. τὸ ἀληθὲς βέλτιστον

ισον εἶναι Canteri prodit interpretatio, eum
oſt Πλάτωνί γε comma collocaſſe. recte vero.
ὐτῷ redit ad Platonem, τέτῳ ad gubernato-
em navis, aut alium quemcunque, qui Pla-
onem interrogans de cauſa itineris Siculi hic
ngitur. 11 poſt οἶμαι vacuum ſpatium
at codex Coislin. f. deeſt ἀνάγκη. ὅτι, οἶμαι,
νάγκη φῆσαι. 12 recte addit codex Cois-
n. εὖ. 16 recte dat ed. Stephani ἐπεπόν-
εσαν. 18 recte duo codd. δεξαμένην. cujus
ocietatem repudiatam eſſe a tua civitate, ipſe
u bene noras. *ibid.* recte rurſus dat codex
. N. τό, loco τῷ. *penult.* ὃ] malim ὦ. tu non
ecuſaſti mare Siculum trajicere, opinionem-
ue, non ſane illam honeſtiſſimam, conſuetu-
inis cum tyranno in te ſuſcipere, tu, cui li-
ebat domi tuae Dionem opperiri tuamque
em familiarem curare.

67. 4 βεβαίου et χρῆναι aut certe χρή. 8
τηγμένων] locus hic mihi obſcurus et impe-
itus. id video ὑπ' ἐμοῦ e codice C. N. admitti
portere, et ἐξεληλέχθαι et λελύσθαι infinitivos
endere ex praemiſſo εἴποι τις. patitur quidem
τειγομένων commodam interpretationem. ac-
uieſco tamen vulgatae. Sententia videtur
aec eſſe. poſtquam autem haec argumenta et
me et a Platone obmota fuerint, dicat ali-
uis, ea aenigmata refutata et diſſoluta eſſe,
on eo, quod altera ex alteris declarata ſint,
t pleraque aenigmata ſoleant declarari, ſed

eo quod demonſtrata ſit ſedes vitii. 11 recte dat ed. Steph. σκεψώμεθα.

68. 3 τὸ μὲν ἐμὸν] ſubaudi μέρος προδιδόμενον καὶ ἀμελούμενον. meam quidem cauſam ſi prodideris atque neglexeris. 8 f. ἀποφευξεῖσθαι. πόθεν? πολλοῦ γε καὶ δεήσει. verumtamen vulgata recurrit p. 69, 13. ubi haec ipſa verba repetuntur. 9 punctum retrahendum et ante ταῦτα collocandum. verba Platonis finiunt in οὐκ ἔστι, noſtri autem rurſus incipiunt a ταῦτα οὐχ ἕτερος. et ſic quoque Canterus in latinis. *ibid.* recte dant codd. γέγραφεν. 10 aut εἰκάζων prodit aliquem defectum, aut leg. eſt εἴκαζε, aut tandem οὐδὲ delendum eſt. mihi viſus eſt aliquando Ariſtides ſcripſiſſe γέγραφεν ἀκηκοὼς aut ἀκοὴν, ex auditione, vel fama, aut quod audiſſet et accepiſſet ex ore Platonis. 14 καλῶς γε] ſubaudi ποιεῖς.

69. 3 αὐτό τε. ob ſequens καὶ αὐτός. 8 poſt βοηθεῖν videtur aliquid deeſſe, et locus ita integrandus πέφυκε βοηθεῖν? reſpond. ἀλλ' αὐτὸς φὴς βοηθεῖν. atqui tu ipſe ais ſuccurrendum eſſe, etiamſi — 17 τὴν ἐπὶ τοῦτο δύναμιν. ad hanc lectionem, quae mihi vera videtur, paulo, quam vulgata, propius accedunt codd. mſti, qui κάτω dant. ſubauditur διήκουσαν vel χωροῦσαν vel τείνουσαν, eo tendentem, pertinentem, nitentem. vel etiam ἄγουσαν, προβιβάζουσαν, vel ſimile quid. convenit hic locus cum initio p. 67. et aliquoties animadverti noſtrum h. l. ταυτολογεῖν.

70. 1 φὴς. αἰς. alloquitur Platonem. 2 ſ. μικρὸν δ᾽ ἔτι τι βȣ́λομαι διαλαβεῖν, (ſubaudi περὶ τῶνδε) his de rebus adhuc paulum aliquid volo diſputare, μή τις ὅλως οἰηθῇ με ἐπὶ τοῖς λόγοις τȣ́τοις ne quis omnino h. e. pertinaciter et certò exiſtimet me per cauſam harum platonicarum adverſus Gorgiam et rhetoricam diſputationum, Platonis latus petere, eumque velle accuſare, aut carpere, ſpecioſa oblata ejus rei occaſione. τȣ́τοις aſcitum eſt e codice Coislin. 3 in quibusdam libris fuit ἐπίκλημα, in aliis ἔγκλημα, eodem ſenſu. hinc ex utraque lectione confuſum exſtitit ἐπ᾽ ἔγκλημα. p. 318, 19. ubi locus hic iisdem paene verbis repetitur, ἔγκλημα legitur, ſine ἐπὶ. 6 recte dat codex C. N. καὶ τίνων ἔπραξε χάριν. nam id in eo fuiſſe nullus dubito, et ſic etiam eſt p. 319, 2. quo item e loco verſu 7. reſtituendum eſt καὶ ἃ αὐτός. poſſunt ex eodem loco adhuc alia hic corrupta emendari, ut contra hinc iſtic, e. c. verſu 8. leg. eſt illinc ἐκεῖνον ἐπὶ τȣ́τοις. ſed nunc non vacat omnes diſcrepantias minutas colligere et inter ſe conferre. τίθησι recte habet, pertinetque ad ἅ. τιθέναι μετά τινος eſt alicui aſſentiri, ſuffragari. 11 recte dat Codex C. N. ἢ ὥς τις. Sententia eſt: ſi ex ipſa vita rebusque a Platone geſtis demonſtro hoc aſſertum ejus, de injuriis tolerandis et de inimicis non ulciſcendis, longe aliter, atque quis putet, habere, quae vita Platonis et quae res geſtae nobiscum ſunt, et ea confirmant

quae

homines officiis demereantur. 8 poſt συμβαίνει excidit εἶναι. 11 f. ᾑρῆσθαι πρόθυμον δουλεύειν, aut ὅ τι μᾶλλον αἱρεῖται δουλεύειν. 12 poſt ἐθέλειν videtur καταφερὲς deeſſe. 13 praefero αὐτῆς e codice C. N. *ibid.* ὁμοῦ] ſententia poſtulat aut ὁμοία aut ὅμοιον ſcil. ἐςὶ et diſtingui poſt τυραννίδι. ut ſententia ſit. quod ſi vero ſimilis rhetorica tyrannidi ſit, magnis ſpatiis adulationem ſuperavit. et tunc punctum perfectum eſt verſu 14. poſt παρελήλυθεν collocandum.

76. 2 f. καὶ πάλιν κατὰ θάτερον αὐτὸς αὖ μαρτυρεῖ ἡμῖν, τῷ τε — 5 παρ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος; 9 recte dat ed. Steph. τό τε αὐτοῦ. 10 τῷ] l. τό. 16 ὄντα del. ut repetitum e proximis utrinque finibus. *ult.* aut κόλακας leg. aut κολάκων.

77. 7 αὐτὸ τοῦτο, ὃ κἀγὼ. 11 οὕτως ὡς ἔφην] ſcil. τυγχάνοντας τῆς ἀληθείας. *ult*, ἐπεὶ] ab hoc verbo inire orationem pro rhetorica alteram, haud levi argumento eſt cum teſtimonium editionis Florentinae, triumque codicum, tum ſcholiaſtae. v. p. 79.

78 7 τοῦτ' ἐςὶ] aut hic deſunt quaedam aut locus alio quodam modo corruptus eſt. num τοῦτ' ὂν ἡμῖν ἔςω πρᾶγμα hoc itaque agamus, ut hac quoque de re diſſeramus. vel etiam ſic. εἰ δὲ δή, εἰ καὶ τούτων — δειχθήσεται φιλονεικῶν, τοῦτ' ἔςω πρᾶγμα. quod ſi autem libidine contentionis illum ardere demonſtrabitur eo, quod (vel tum, cum) convincatur etiam in hos ſer-

ſermone malignius eſſe invectus, age, eſto hoc nobis propoſitum ut — erit tum poſt φιλονεικῶν aut comma, aut ſemicolon ponendum. 17 ἐβούλεσθε. 18 recte dat ed. Steph. βελτίω. ed hic aliquid turbatum videtur. verba ſcilic. καὶ ἔπειτα videntur poſt βελτίω eſſe collocanda, ut haec ſit oratio καὶ ἔχειν ἡμῶν μεμνῆσθαι εὔγνωμον δ᾽ ἦν ὡς ἐπὶ τὰ βελτίω. [ſcil. ἡμῶν ὑμᾶς μεμνῆσθαι.] καὶ ἔπειτα [ſcil. μέμνησθαι.] ὡς ἐπὶ τότε ut poſſetis noſtri quoque meminiſſe. erat autem humanitatis meliorem in partem (noſtri meminiſſe.) tum quoque (meminiſſe) ſi tunc temporis —.

79. 3 recte dant codd. duo ἀκούσαντας. poſt παραδίδου ſubauditur ἀφορμήν.

80. 6 graeci genus humanum duas in partes dividebant, graecos et barbaros. ipſi ergo fuerunt ſua ſententia pars altera incolarum orbis terrarum, idque ex eo inde tempore, quo cum barbaris in aciem congreſſi eos depulerant. 12 ἡμῶν: nobis.

81. 7 ἀπολέσαι. 11 κεχρῆσθαι. uſos eſſe ut etiam Canterus reddidit. penult. praeferam δεύτερον e codice Barocc.

82. 6 f. ἐκεῖνο, φαίη τις ἂν ἡδέως, ἀλλ᾽ ἔχεις εἰπεῖν. hoc non poteſt dicere, facile dicat aliquis. ego tamen cur ἡδέως addat, non plane video, niſi haec ſit oratio perſonae Platoni inimicae tributa. capiſſe aliquis inimicorum ſuorum, et velut inſultans ſibi atque exprobrans dicat. poteſt quoque ſic legi ἀλλὰ ταῦτα

οὐδ᾽ ἐκείνων, φαίη τις ἂν ἡδέως, ἔχεις εἰπεῖν. neque his barbaris te praefuiſſe, neque illis, graecis, potes dicere. (ſic libenter dicat aliquis.)

83. 1 ῥᾷον facilius. ut etiam Canterus reddidit. *ibid.* ταῦτα δ᾽ εἰ. redit enim ad τἄδηλα τῆς τύχης. 3 recte dat codex Coislin. μετρίως ὡς ἐγῷμαι. 8 praefero ἔταν e cod. Coislin. et C. N. cohaeret haec particula cum οὐ φασὶ verſu 11. 16 f. καὶ Λεσβίους μὲν οὐ θαυμάζουσιν εἰ Τέρπανδρος.

84. 4 recte dant codd. ἐφεστῶτας. quod etiam Canterus expreſſit. 9 mallem ἐκ τοσούτου abeſſe, aut ſic legi καὶ ταῦτα ἐκ τοσούτου ἢ μᾶλλόν ἐκ τοῦ παντός. 17 f. καὶ εἰς ὡς ἐλάχιστον et in quam minimum.

85. 1 ἀεὶ ἦν καὶ τὸ λοιπὸν ἔσαι, ἐὰν — 2 ἢ λαμπρότερον eſt delendum, ut varians lectio aut ſcholium. 12 πεισθέντων. *penult.* ὡς οὐκ ἄν] tacite repetendum e ſuperiore verſu ἐποίησα. exempla hujus moris, verbum aut plura poſt οὐ omittendi, dedi ad Dion. Caſſii p. 57. quibus poſſunt addi haec Ariſtidis T. I. 367, 18. II. 173, 4. Diogen. Laërt. 82, 1. οὐκ [ſubaudi γενόμενος δεινὸς,] ἦν γε — Demoſth. p. 422, 12. 724, 4. ubi leg. οὐκ, ἄν γε σωφρονῆτε. *ult.* praeferri debebat lectio codicis Coislin.

86. 2 ταὐτὸν] quodnam illud? videtur aut τοῦτο aut ταῦτα leg. eſſe, ſcil. τὸ δεικνῦναι λόγου δύναμιν καὶ χάριν. 6 aut τοὺς ἄλλους leg. aut

potius

potius χαλεπὸν εἶναι τοῖς ἄλλοις. 7 diſtinguo ſic. ὁτοσὶ? *hic.* Plato nempe. reſponſio. ν αὐτῷ τ. 10 recte codd. τούτου. 17 παρήκειν. *ult.* recte rurſus iidem ἐκπέφαγκεν.

87. 6 recte dat ed. Steph. ἐλλόγιμος et verſu 9. ἀφαιρῶ. 12 recte abeſt a libris ἀ. *ibid.* f. οὐδ᾽ ἄλλως ἐξέπεσεν. 14 videtur Scholiaſtes ἐνεῖν legiſſe, ut etiam duo codd. exhibent. mihi tamen leg. videtur ἐνθεῖναι, in libro ſuo poſuiſſe, et αὐτὸς ad Platonem redire. *ibid.* poſt ἅμα deeſt aliquid in hanc ferme ſententiam καὶ ἅμα διέβαλλε τὴν ῥητορικὴν καὶ τοὺς ἄνδρας, καὶ, ἃ αὐτὸς διενοεῖτο, ἔθηκε πρὸς τῇ τελευτῇ. 15 poſt ἡμᾶς deeſt εἰκός. *penult.* τοῦ τε (vel potius τοῦτε) αὐτοῦ] non redit ad ἀνδρός, ut viſum eſt Cantero, ſed ad proximum λόγου. donec conſtabit haec e Platone modo recitata (p. 86, 10 ſqq.) eſſe ex eadem diſputatione depromta, e qua ſunt ſuperiora, adverſus quae dimicavimus, et eo quidem diſputationis illius loco, quo non aliis de rebus, ſed iisdem adhuc agitur atque in tota reliqua diſputatione: denique, ut hoc addam, donec conſtabit haec a Platone in clauſula illius diſputationis poſita ineſſe rebus ipſis ibi agitatis et ex ipſis manare.

88. 6 τοῦτ᾽ ἦν ἐκ τοῦ λόγου] ſubaudi σκοπεῖν verſu 3. 10 recte dat ed. Stephani προσοκᾶν uno verbo. 12 mirifice dictum, pro ...τα ἐγκαλεῖν, ὡς μηδὲ γενομένου τούτου, μηδὲ ὅλως ...γχωροῦν γίγνεσθαι. 13 χρηστοῦ] ſubaudi ῥήτορος.

ϛος. *ult.* aut γενομένης leg. aut γενόμενον, u codd. et ipſe auctor ſupra p. 87, 3. *ibid.* ant δύνασθαι excidit ἀδικεῖν. ſi ergo res civiles agere, et cauſas in foro dicere idem eſt, atque poſſe iniqua et violenta perpetrare, quod ipſe tu, Plato, ais. et ſic quoque ſuſpicor in codice Coislin. fuiſſe.

89. 2 ἡσυχάζειν. *ibid.* ὁ .. τὸ μὴ] ſubaud. δυνάμενον ἀδικεῖν, ἡσυχάζειν. quam eum ſe continere, et modeſte agere cui facultas deſit inſoleſcendi. 5 προείηκεν. ut eſt apud Homer. Odyſſ. Ξ. 466. 6 αὖθις] malim εὐθύς. 8 verba ὑπὲρ αὐτῶν ἀντιθεῖναι hic ſunt delenda. irrepſerunt e verſu nono. 9 αὐτὰ] l. αὖ. *penult.* praefero βελτίους e codd. mſtis.

90. 5 poſt Miltiadis nomen recte καὶ addit ed. Steph. 11 f. ὡς οὗτος κακίζει. quia κακίζει et φαίνεται non ad unum refertur; ſed illud ad Platonem, hoc ad Ariſtidem. 12 f. ἐπεὶ εἰσάγει. 14 f. κἀκεῖνον. ſcil. Platonem. ſed non valde urgeo.

91. 10 οὕτως αὐτῶν τῶν κυβ. 11 τὰ κράτιστα idem eſt atque τὰ μάλιστα. 12 malim πλεόντων. diverſi enim nautis ſunt οἱ ἐμπλέοντες ſeu vectores. niſi mavis legere τῶν τ' ἐμπλεόντων εἰσὶ κύριοι καὶ τῶν ναυτῶν. 16 μισθοῦν dicitur nauclerus ſuam navem vectoribus, qui eam ipſis ad brevis uſum temporis elocat. μισθοῦσθαι dicitur vector, qui eam conducit et mercede transvectionem redimit. *ibid.* ξυνήσαντα] ſubaudi τῇ γνώμῃ. *penult.* ſemicolon poſt

oſt ναῦν eſt commate mutandum. idem eſt ac dixiſſet καὶ οἴεται ὁ κυβερνήτης δεῖν ἑαυτὸν ἐ μόνον σκοπεῖν τὸ σεσωκέναι τὴν ναῦν καὶ τὰς ἐν αὐτῇ, ἀλλὰ καὶ δεῖν ἑαυτὸν πρὸς τούτῳ ἐξετάζειν καὶ τὸ σχῆμα τοῦ πράγματος. appellat autem τὸ πρᾶγμα conſervationem navis cum vectoribus, τὸ σχῆμα dignitatem et rationem ſui operis ad opus ſervatoris.

92. 1 αὐτὸς primum ſignificat idem atque αὐτὸς μόνος. non ideo fit arrogans carnifex, quod ſontes morti damnatos ipſe ſolus occidit. εἰ δὲ μὴ — aut ſi non, ſcil. hoc verum eſt, aut, ſi non poteſt ille hoc de ſe verum praedicare, ἀλλ' ὅτι — at ob hoc tamen ſpiritus attollit, quod communem cum judice occidendi poteſtatem habet? eſt haec objectio et dubitatio, cui reſpondetur ſic: ἀλλ' οἶδεν — 10 δυοῖν ὄντοιν] ſcil. τοῦ σώζειν καὶ τοῦ ἀπολλύναι. ibid. θάτερον] ſcil. τὸ σώζειν. 11 ἔχῃ] nam ſervandi partes non poteſt plena cum juſtitia adminiſtrare, non poteſt perdere; quod ſi mortem merito veniat; id eſt ſervare. nam conſervatio duobus modis fit, altero cum vita digni in vivis retinentur, altero quum ſupplicium meriti de medio tolluntur. gubernator itaque navis, quoscunque ſervans vectores nullo diſcrimine, immeritos cum meritis, dimidia tantum ex arte fungitur ſervatoris munere. 12 punctum commate mutandum, et comma poſt ἀμπολυ collocandum. ſi multum exigit, binas a vectore quoque drachmas exigit nauclerus,

rus, ſi quem e Ponto aut Aegypto Athenas perduxerit.

93. 1 ſi lectio codicis Coislin. admittitur, delendum erit πλείςυς. hoc autem deleto, leg. erit ὅςις πλείςυς ἀθρόυς ἔσωσεν, ὐκ ἔσωσεν ὑπὲρ τὺς χιλίυς. 3 recte dant codd. μυριάνδρα, et verſu 8. ed. Steph. τύτων. malim quoque τὶ ἢ τύτων πρ. δ. ſcilicet ποιήσει. ſi machinarius hoc facit, quid tandem faciet eloquentia, praeſes hujus facultatis, (alios verbis obruendi?) poteſt tamen etiam vulgata facile defendi. ſi machinarius hoc poteſt, quaenam eſt facultas hujus rei? tum mihi dic quaeſo unde habet? nonne ab eloquentia? 10 recte dant codd. ἧττον μὲν ὂν ἴσως. nam alias non cohaeret, ſed fluctat oratio. 11 ταύτην] hanc quam vulgo gymnaſticam appellamus paedotribarum. recte itaque codices addunt ἀλλὰ ante ἁπλῶς. quae particula ſi repudiatur, etiam ὐ debet expungi. *penult.* recte dat ed. Steph. ταύτην.

94. 1 eadem rurſus recte dat εἶναι καὶ μή. 9 τὸ] l. τῷ. 10 ἐπελθεῖν. 12 καὶ αἱ σύν. 14 recte dat codex Coislin. ἐχομένας et rurſus verſu 17. ὑπερπέταται, quod idem eſt atque ὑπὲρ ἡμᾶς πέταται ſuper capitibus noſtris volitant. *penult.* πάντων ἀρίςῳ] ſignificat genus divinum. *ult.* τῶν λοιπῶν] cum ab illo divino genere diſceſſeris. *ibid.* δι᾽ ἓν τῦτο] ſubaudi χρῆμα, aut γέρας, aut δῶρον, aut πρωτεῖον, aut ſimile quid.

95. 3 recte abeſt ἢ a codd. 10 ἀξίαν.
1, f. ταὐτὰ illa ipſa, haec eadem, atque ver-
7. et 8. tradiderat. οἱ πολλοὶ pertinet ad ὑπο-
ρβαρίζοντες. paedagogi eadem ſuis pueris ſub-
:iunt et inculcant, et horum plerique id fa-
unt eo ſermone graeco, qui originem eo-
um barbaricam prodit. et tamen aequo ani-
io patiuntur ſe ad janitorum ſordes detrudi ab
eris, quum per aetatem non amplius poſſunt
ueros in ſcholam deducere et inde rurſus do-
ıum reducere, eamque profeſſionem ejura-
unt. notum eſt in operarum ſervilium hone-
ıſſimis fuiſſe paedagogos, in abjectiſſimis ja-
itores. 13 δυσκολαίνει. 16 ἀνθρωπείων.
7 ταῦτα ſuſpectum. in codd. eſt καὶ ταῦτα.
quo nil profecimus. f. leg. ἢ ἀνεκτὰ λέγοντες
φ' αὐτοῖς. ult. κἀκεῖνα] exempla ab urinatori-
ous et gubernatoribus petita. τούτοις] his ex-
mplis nutricum et paedagogorum.

96. 4 αὐτῆς] l. αὖθις vel αὔτις. opponitur
enim praemiſſo ἐν τοῖς ἄνω λόγοις verſu 1. 5
τὰ πρέποντα ſi bene habet, accipi debet adver-
bialiter pro ἐς τὰ πρέποντα, πρεπόντως, ὡς πρέπει.
ut paulo ante habebamus τὰ κράτιστα pro ὡς
μάλιστα. 7 διαχείρισιν. 8 αὐτῆς dividendum
in duo vocabula αὖ τῆς. 16 f. ἃ ἄν τις ἕτερα
ἐπιδιαιρῇ.

97. 1 ἆσαι] f. ἡσυχάσαι. Canterus id
ipſum aut σιωπῆσαι in mente habuit h. l. latine
reddens. 2 debebat εἰ δὲ ſervari. nova le-
ctio ὁ δὲ meliorem locum non fecit. ſemper

 ali-

aliquid deeſt. f. leg. εἰ δὲ μὴ, ſin minus, ἀ[illegible] ἐφθέγξατο vel φανήσεται μήτε λέγων — quod ſi autem loquendi vel tacendi tempora neſcit, ſemper apparebit eum, cum loquitur, cumve tacet, neque loqui neque tacere conſentanee idoneis rationibus ſaltim per artem. Poſtrema haec, quae non nihil habent obſcuritatis haec videntur velle dicere. forte fiat ut ejusmodi homo temporum ignarus ſuo tempore loquatur et item taceat. non tamen facit hoc ex idoneis rationibus ad praeſcriptum artis oratoriae, convenienter ejus principiis, ſed aut neſcit quare faciat, aut mera facit ductus probabilitate. deinde a verbis οὐκ ἄρα nova incipit periodus. *non ergo* — 8 φαίνεται. 11 recte dat editio Stephani εἰδότα, ἅ τε δεῖ λέγειν, et verſu 12. ἔπος, ut eſt apud Homer. Iliad I. 440. et verſu 16. αὐτός.

98. 7 recte dat codex ἄλλος pro ἄλλοτε. deinde aut ὀψοποιὸς in ſingulari eſt leg. ob ſequens δῆλος, aut cum codd. οἱ ὀψοποιοί. 17 σχεδὸν οὐ μόνον κατὰ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἄτιμους. et ita quoque Canterum voluiſſe nullus dubito, quamquam in variantium lectionum farragine aliud ipſi tribuitur. *ult.* praefero ὅπερ e codice C. N.

99. 7 recte abeſt δὲ a codd. *ibid.* locus hic vitio laborat, et deſunt quaedam. f. leg. ἐν ταύτῃ νῦν θεὶς τὴν σωφροσύνην, καὶ πάλιν αὖ θεὶς, ὡς οὐχ ὑπ' ἀνοίας ἀγομένης [vel κατεχομένης] τοὺς ῥήτορας, ἀλλ' ἀτρεκεῖς ὄντας καὶ ἐχέφρονας. 9

ante

ate τιθεὶς videtur φαίνεται deeſſe. *ibid.* punctum commate, et comma puncto eſt permutandum. nam ὀρθῶς ἀγορεύω eſt epiphonema, quaſi ſucclamatio noſtri judiciumque de ſapientia dicti Heſiodei. 15 τοὐναντίον ὡσαύτως], ſcil. οἷος ὁ λόγος, τοιοῦτος καὶ ὁ τρόπος. 17 τὸ] τῇ ut recte ed. Steph. dat. *penult.* αὐτὸν εἰς αὐτὸν τελευτῶντα] quae nullum alium praeter auctorem fundumque habet.

100. 1 locus hic perobſcurus, nec facile ſic declarandus, ut tenebrarum nihil ſuperſit. conabor tamen ei tantum lucis affundere, quantum penes me eſt e Canteri Nov. Lect. VII. 27. hauſtum. Zetho, apud Euripidem contra literarum ſtudia diſputanti ſimilem facit Ariſtides Platonem rhetoricae obtrectantem. Amphionis contra, pro literis pugnantis, perſonam hic induit ipſe Ariſtides rhetoricam defendens. Adhuc quidem, ait, Zethi ſermonem, h. e. Platonis, attuli. nunc tempus admonet, ut Amphionis quoque reſponſionem ex eadem Euripidis fabula referam. καὶ πρὸς τὸν Ζῆθον ἀνάμνω (ſic videtur leg. eſſe). et nos velim meminiſſe Amphionem adverſus Zethum diſputare. ſi non ea utimur ratione qua Euripides uſus eſt ut uni utriusque perſonam in dicendo imponamus, ſed, ut ipſi fratres duo diverſi ſunt, ſic quoque diſputationem cuique ſuam attribuimus. itaque verſu 2. εἰς leg. pro ἐπ. haec pauca neque omnino ſufficientia ad h. l. habemus, quia fabula ipſa Euripidis periit,

rit, tantum per tranſennam et nebulam ſententiam hujus loci e Platone repetiti. intelligimus. 5 poſt ἄλλοις inſerenda vox ζώοις ex ed. Steph. 6 ſic diſtinguo ἀπελείπετο ἄλλοτ' ἄλλων, τάχει μὲν — 9 recte dat codex C. N. ἀπώλλυντο. 10 αὐτῶν] malim αὐτῷ. nemo ſibimet ipſe ſolus ſufficiebat. 13 diſtinguo ἦν πω, τότε γ', εἰδέναι. nemo enim, tum quidem temporis adhuc, poterat ſcire modum mittendorum legatorum. homines enim tunc adhuc ratione carebant. 15 αὐτῶν] l. αὐτοῦ. Mercurium de numero liberorum ſuorum delectum. et ſic quoque recte dat ed. Steph. quae ipſa quoque verſu 1. p. 101. emendate dat τούτοις.

101. 5 τὸ μὲν πρῶτον, ἐς πόλεις. nam paulo ante dixerat ἄλλοι κατ' ἄλλα μέρη τῆς οἰκουμένης. ergo non unam urbem. ſed plures condiderunt. 12 f. ἐχέτω τὴν τελευτὴν, οὐδ' αὐτὸς φαύλην, οἶμαι, κεφαλήν.

102. 4 τοῖς ἄλλοις] ſubaudi πράγμασιν. donec homines et cum hominibus ſui ſimilibus, et cum rebus aliis, quarum quotidianus uſus eſt, verſabuntur. 5 ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄλλων ζώων οὐδὲν οὐδενὸς τῶν ὁμοφύλων, nullum eſt animal, quod ſui generis animalium ullum aliquod ulla quapiam virtute ſuo generi propria tantum ſuperet, quantum homo hominem ratione ſuperat. 7 ἢ διαρκοῦσιν] aut ad aeque multos uſus pertinent, et ad aeque longum tempus perdurant. 9 ἄρα] recte dant

codd.

codd. ἀλλά. ſed pro οὐδεὶς τοσούτων leg. eſt οὐ δὶς τοσούτων. (non erit tamen certe opulentior, quam bis tot. Sunt δὶς τοσοῦτοι bis tot, bis quatuor, octo. et ſic quoque Canterum conjeciſſe conſtat ex ejus latinis. 13 αὐτοῦ] l. τῶν. *ibid.* καθεκάστων uno voc. et in genitivo plur. 17 num κατειργάσθαι, a κατεργάζεσθαι conficere, ut beſtiarius beſtiam conficit. poteſt tamen vulgata facile ferri.

103. 1 ὑπερφέροντος] ſubaudi τοῖς λόγοις. 2 in ſapientiae judicio, ut in formae, tantum quisque concedens alteri, quantum ſibi ſortito obtigit ut minus poſſet. profecto etiam τῆς ὥρας vocabulum ipſi (pulchritudini) eſt attributum velut in ſortem et peculium. eſt autem ὥρα nomen omnis maturitatis, fugacis et caducae, ſive ea maturitas in tempore eſt, ſive in corpore, ſive in fructibus, quos terra parit. ut ſi majoribus noſtris placuiſſet idem nomen *Wetter* et cum ea re, quam nunc ſic appellamus, et cum formoſitate communicare. 8 recte dat ed. Steph. τὸν δίκαιον. 9 addit Coislin. ἐγὼ δὲ. quod abſit, adſit, parum refert. omitto, quod illis ſuperioribus mantiſſae loco addi poteſt, neque commemoro hoc, quod — 10 μόνων τούτων. redit enim ad τοὺς λόγους. et e verſione Canteri colligo eum quoque ſic legiſſe. 12 τοῖς προειμένοις recte habet. per largitiones ſuas, per ea, quae e manibus ſuis emiſit. 13 φιλονεικία poteſt defendi et explicari, contentio cum amico inope

in

[illegible]

104. 11 [illegible] v. p. 105. [illegible]

105. 2 recte dat ed. Steph. [illegible] et verſu 8. [illegible] 9 poſt [illegible] vel ε. 10 accuſativi hi ſunt loco genitivi conſequentiae. ubi forma cum eloquentia copulata eſt, ibi eloquentiam eſſe praeſtantem omne laturum. 11 recte dat codex Coisl. τὸν τοιοῦτον. neminem fore, qui libentius talem hominem puta formoſum eundemque diſertum, ſpeciet, quam verba facientem audiat. 12. ex Iliad. Γ. 324 leg. οὐ τότε γ' αὖτ' Ὀδυσῆος. 13 f. diſtingu. poſt ῥημάτων, ut ipſi proprium ſit πυκνότητα, ſequens autem μεγαλοπρεπεῖαν commune cum ῥημάτων et φωνῆς. quamquam nihil impedit etiam verbis crebritatem, denſitatem tribuere. 14 διοσημεία] procellae grandine nive et imbre mixtae. 16 οὐκ ἀεργὸν, οὐδὲ ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ κοσμεῖν εἰπὼν τὸ ϛέφει. locus eſt Odyſſ. Θ. 169. 17 recte καὶ addit codex C. N. ad ἀλλά. 18 f. οὔτε aut οὐκ.

106. 6 τοῦτο, ἢ μάλιϛά γ' ἄμφω. 8 ſic diſtinguo et lego. ἐνθυμούμενοι τὸ τῶν ῥητόρων φῦλον ὑπεξαιρούμενον, τὴν τοῦ λόγου φύσιν αἰδούμενοι. ſecum recogitantes exemtum licentia nocendi genus oratorum eſſe, et reverentes initia ſermo-

ionis, quippe qui repertus et a principio ſta-
m in vitam immiſſus eſt eo, quo ejus ope
oſtrum genus conſervaretur et neceſſitatibus
iis potiretur. ſic nos olim. nunc probabilius
ſt, turbatum eſſe verborum ordinem, ſic re-
ſtituendum ἀφικνεμένες ὑπεξαιρέμενοι [ſcil. τῆς
ἐ κακῶν ἐξεσίας, aut τῶν τε πολέμε δικαίων]
ἔχονται καὶ ἀποπέμπεσιν αὖθις, αἰδέμενοι τὸ
ῶν ῥητόρων φῦλον καὶ ἐνθυμέμενοι τὴν τῶν λόγων
ύσιν. eximentes (a belli moleſtiis) legatos ad
e venientes et admittunt remittuntque illae-
os, cum quod reverentur genus oratorum,
um quod recogitant ſecum naturam et ortum
eloquentiae, ſcil. eam primitus ingreſſam eſſe
n vitam, quo ſervaret genus humanum eique
prodeſſet in commune. 10 f. δύναμις καὶ
ν τοῖς π. 17 δαιμόνων recte dant codd. 18
ιαγγέλλοντε. ibid. aut del. eſt φημὶ, aut leg. eſt
αυτῃ κεχρῆσθαι, ῥητορικῇ φημὶ. ult. aut e codd.
nſtis aſſumendum eſt καὶ κατὰ τῦτο etiam hac
ratione, aut leg. καὶ κατὰ τῦτον etiam ſecun-
dum Platonem ipſum.

107. 1 γε] l. τε. 3 deeſſe hic quaedam,
ante καὶ ὅσα, ſcil. καὶ ὡς λέοντες, colligo e Can-
teri interpretatione, quae non dubito in reli-
quis edd. legi ſed earum nulla mihi nunc ad
manus eſt. 4 ὅσον] l. ὃν. quam ille, quem
appellare fas eſt rhetorem. 5 ἐν Αἰγύπτῳ πολ-
λαῖς [vel μυρίαις] ἡλίε π. 7 ſententia eſt,
nerentur aliquo eorum vocabulorum appellari,
quae Homerus ſolet uſurpare, quum herois

ali-

alicujus, viri principis et ex ordine primario, famulum hominem, ſecundi aut tertii ordinis ſignificare vult, e. e. ὑφηνίοχος, aut ὑπόδμως. illud initio verſus ἴσκεν ὑφηνίοχος. hoc in clauſula Ποσειδάωνος ὑπόδμως poſitum. ſic enim leg. eſt ex Odyſſ. Δ. 386. 11 recte dat ed. Steph. εὔδοκ. 12 ὅς ἂν] l. ὅσ' ἂν vel ὅσα ἂν. quaecunque dictiones, loci, particulae Homeri, Sophoclis, caeterorum, prae aliis eorundem locis enitescunt colore rhetorico. 13 Ὅμηρος καὶ τῶν Ὁμήρου τὰ τοιαῦτα. Σοφοκλῆς καὶ τῶν Σοφοκλέους τὰ τοιαῦτα totus Homerus, totus Sophocles, ſed illi tamen eorum huc praecipue pertinent loci, qui ſunt ejusmodi, ut eos eſſe volumus, h. e. qui prae caeteris attingunt rhetoricam. *ult.* recte abeſt ῥήτωρ a cod. Coislin. ſententia haec eſt. ille mihi eloquentiſſimus eſſe videtur, qui erit vir optimus. ſed, ut fatear quod res eſt, haereo hoc in loco, neque dubito ei aliquid deeſſe. nam neque ſecum haec, neque cum ſuperioribus cohaerent; dubito etiam eane, quae hic Platoni tribuuntur, uſpiam penes eum legantur. videtur potius Ariſtides ea finxiſſe Platoni dicenda, ſi quis eum interroget, quid cenſeat eſſe oratoriam.

108. 17 ἀνθ' ἑτέρων] ſcil. τῶν ἐμὲ βλεψάντων καὶ ἐμοὶ συντεταμένων, aut τῶν τερπόντων καὶ ψυχαγωγούντων. *ult.* cum ſeqq. Satius eſt lacerum hunc locum omittere, quam multis vexare conjecturis, quarum nulli certam fidem praeſtare poſſis. multa mihi in mentem

vene-

enerunt, quae neque male ſententiae conveni-
ent, neque multum a veſtigiis literarum re-
ederent. Sed ſine libris bonis in ejuſmodi
ocis omnis opera luditur.

109. 8 οὐδὲ φύσει καὶ λόγων πολὺ μᾶλλον εἰπεῖν ἐμόττειν, ut codd. dant. *ibid.* οὐκ ἐστιν ὡς ἂν τύχῃ ταῦτα. 9 ἄλλο τι] malim ἄλλο ut eſt apud Thucydidem. poteſt τι e proximo γίγνεσθαι adhaeſiſſe. 13 δευτέρας] illam ſignificat diſputationem in clauſulam Gorgiae abſtruſam a Platone, qua ipſe ſe velut retractat, quod noſter p. 37. ipſi objectat. *ult.* f. καὶ μὴ φίλια, ſine τά.

110. 8 ἰχθρότερον. 16 recte codices συνημόνευτεν.

111. 5 recte τὴν addunt codd. mſti. 7 ἀλλὰ καὶ αὐτό. 14 recte dat ed. Steph. εὐφημιῶν. 15 ταῦτα] teſtimonia puta Platonis pro rhetorica p. 110. et alibi prolata. 17 poſt τοῦ videtur τὴν φαύλην aut τὴν ψευδῆ excidiſſe. *ult.* obſcurior haec dictio οὐκ εἰς τὰς ἴσας λαβὰς ἥκομεν et τὸ τῶν ἴσων κατ' ἐκείνου γίγνεται. prior ſignificat haec, non licet dicere, Platoni non minus licuiſſe rhetoricam malam aut falſam vituperare, quam mihi bonam aut veram laudare. altera hoc: ſed potius neceſſe eſſe dicere, etiamſi admittamus paritatem juris ab utraque parte laudandi et reprehendi; illius tamen eſſe deteriorem conditionem, eo quod finxerit, quo haberet quod oppugnaret, aliquam rhetoricam falſam, quae nulla uſquam eſſet. Dictio εἰς τὰς ἴσας λαβὰς ἥκειν eſt deſumta ab

am-

amphora diota, quam duo tenent, e ſua quisque anſa.

112. 4 rectius codices οὔτε καλὴ μὴ et ἡ διαλεκτική. 7 recte dat ed. Steph. προσαγορεύειν. 13 del. verba οὔτε χαλεπὸν, ut e proximo οὔτε καλὸν perperam repetita.

113. 3 εἴπερ εἰς ἕτερον] cogitavi aliquando παρεὶς ἑτέροις *permittens aliis.* ſed non ſatisfacit etiam post ὀρθῶς deeſſe videtur τὴν τῷ ὄντι. Canterus etiam, quod latina ſatis produnt, velut in tenebris micat. debebat enim ſic reddere. quare ſive veram, ſive imaginariam exagitavit rhetoricam Plato, ad rem nil quicquam facit. nam recte laudaſſet veram, falſae increpatione aliis permiſſa. ſed ſequentia non ſatis apte reſpondent. 7 poſſet facili negotio reſtitui νῦν ὁ λόγος φαίνεται apparet, rectam rationem non concedere. poſtremum quoque manu exarati codicis auctoritate confirmatur. ſed rurſus parum cohaerent proxima, et videntur, ut verſu quarto, ita hoc quoque nonnulla deeſſe. 9 f. ἄξιον μὴ ἐᾶν παραχρησθῆναι. 11 αὐτῷ] ſ. τούτῳ. 15 recte dat codex Coislin. τῶν ἔργων.

114. 1 post μηδὲ deeſt αὐτὸς aut οὐ γε. 2 ſententia eſt. conſentaneum eſt, neſcio quoque an ſit neceſſarium, ut a natura tributam ad artem quamque afferat quisque facultatem cognatam, a qua adjutus fiat in arte ſua vel opere Roſcius, idque ut in aliis rebus, ita in hac. 11 ἢ πῶς, ὦ τὸν ἄλλ. 12 recte dat

codex

codex C. N. τῦτο. diſtinguendum igitur ſic. λέγειν, τῦτο ὅςις ἐὰν [quod idem eſt atque ὅςις ἄν.] 13 ἔτι] l. ἐςί, aut quomodo licebit dicere, eum adulationi operam dare, qui perfectionem ejus rei conſecutus ſit omni ex parte, cujus rei in quacunque demum parte deficientem fas eſt imperfectum ex ea parte appellare. 16 poſt ἠντέρεια aliquid deeſt. neceſſe eſt finem hujus diſputationis in illo antiquo libro, unde exempla noſtra manarunt, ſitu et vermibus miſere corroſum et corruptum fuiſſe. ὅ τι μαθὼν ſignificat quorſum aut qua de cauſa. *penult.* τὸν θορύζοντες contrahendum in unum verbum τονθορ. *murmurantes*, ut bene Canterus vertit. poſtea addo καί.

115. 5 δεῖ. nam qui alterum jaculo feriit, eum oportet non auffugere, ſed ictum hujus viciſſim ipſum quoque manere et tolerare. *ibid.* recte addit codex Coisl. δέ.

AD ORATIONEM PLATONICAM SECUNDAM

Secunda haec inſcribitur, ſed vere eſt tertia.

116. 2 πρὸς ἄνδρας] ſubaudi e ſequentibus καλὺς καὶ ἀγαθὺς. Conſtructio perplexae hujus ſententiae eſt haec. ὐκ οἶδα μὲν ὅ τι δεῖ παρακινεῖσθαι μέλλοντας [ſcilicet ἡμᾶς] ἐρεῖν πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν, ὐ μᾶλλον πρὸς ἄνδρας καλὺς καὶ ἀγαθὺς ἢ ὑπὲρ ἀνδρῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν. vix

puto neceſſe eſſe veniam ut rogem ideo, quod iisdem de rebus iterum ſim atque iterum dicturus, non magis ad viros probos et honeſtos, quam pro talibus aliis. Si quis verſu 2. μέλλοντι malit in ſingulari, propterea quod praeceſſit οἶδα, me non habebit repugnantem. 5 recte codd. ante nomen Themiſtoclis addunt καὶ, et verſu 6. recte dant εἰς. 8 poſt εἰπεῖν ponendum colon. nam a νὴ Δία incipit ficta excuſatio Platonis, qua utatur aliquis ei amicus, qui eum defendat.

117. 1 μηδὲν μᾶλλον] ſubaudi παρὰ τοῦτο et nihilomagis (omiſſa horum virorum contumelia atque criminatione) futurum erat, ut honeſtum atque utile haberetur jucunda pro ſalutaribus ſuadere. 3 ἀπειρηκότος. 7 πλεῖω ἀποκλῖναι πρὸς θάτερον. et effecturus fuiſſe, ut alteram magis in partem ſe Callicles inclinaret. 8 recte dat ed. Steph. ὅπερ. 10 ante θεραπεύειν videtur aliquid deeſſe.

118. 4 aut del. καὶ aut leg. καὶ τῶν ἄλλων μήπω γρ. 10 recte dat ed. Steph. ἱερέων. 15 ὀφθῆναι] ſubauditur λέγεται e ſuperioribus. 17 recte abeſt ἐσπούδασεν a codice C. N. ſi prorſus expungere nolis, ſaltim erit σπουδάσαι leg. nam pendent hi omnes infinitivi a λέγεται.

119. 1 εἶδεν ſi bene habet, locum tenet verbi συνεῖδεν, boni duxit, exiſtimavit ſibi ſic faciendum eſſe, probavit et ſibimet injunxit. ibid. ἐδόκει δ', εἴπερ ἄλλο τι, καὶ τοῦτο — neceſſario requiritur δὲ. nam alias μὲν verſu ultimo

pagi-

;inae ſuperioris pendebit. 2 f. εἰς τὸ ϛφρονεῖν. 5 recte dat ed. Steph. φασὶν. *ult.* ἑκὼν ἦν δίκαιος.

120. 6 recte dant codd. συνέβαινε. 16 ὡς]αλῶς] in Thucydide, quem hodie habe-s, ſolummodo poſterius legitur vocabulum. ὡς interdum etiam adjungitur adverbiis radu poſitivo deductis. v. ſupra ad p. 96. I. et ad Dion. Caſſii p. 371, 97.

121. 9 ἐξ ἀξιώσει eſt idem atque μετ' ἀξίας. poſt δήμῳ eſt in Thucydide l. c. καὶ, unde eg. τῷ δήμῳ ὁμιλεῖν καὶ τὰ πράγματα ἐνδιδόναι. . poſt μεγάλῃ exciderunt incuria editoris ıglicani haec verba πόλει καὶ ἀρχὴν ἰσχύσῃ ex tiquis edd. et Thucydide reſtituenda.

122. 4 recte dant codd. ἦν. 7 πρόσθες imperativo, ut ſtatim ἀνάθες. 13 mallem τόν. Platonem puta. 17 τὸ ἡδὺ τοῦ ἀγαθοῦ.

123. 5 τοὺς ἀπὸ τῶν γνωρισμάτων] ſubaudi ευρισκομένους ἐν τοῖς δράμασιν. Cogitavi ali-ıando poſt τοὺς deeſſe συγγενεῖς vel φίλους. no-n tamen hoc urgere. 14 καὶ μὴν, εἰ αὐτός ἐν τάξει, et deinde punctum poſt κατεῖχε ommate mutari debet.

124. 3 f. ἀνὴρ, ὃν λέγω. 4 facile carerem]τοῖς, quod videri poteſt e proximo αὐτὸς atum eſſe. 5 mirifica dictio ἔργα ἄξια τῶν κκῶν, ὧν ἀπέσχετο ἡ πόλις τότε. res ejus geſtae t magnae gravesque ſunt, ut comparari poſ-nt cum malorum magnitudine, a quibus ille ıvitatem, ſe vivo, cohibuit et ſervavit inta-

 ctam.

ctam. 8 progredi extra moenia putabant ne que ſibi tutum eſſe, et decère homines eos qui neſciant opes ſuas conſervare praeſentes 16 ἐκεῖνον redit h. l. ad proximum Alcibiadem τοῦτον ad remotum Periclem.

125. 5 proculdubio codex C. N. et Canterus dederunt τελευτῶντες. *ult.* τούτων] ſcil. geometriae et aequalitatis. mallem tamen ταύτης.

126. 13 αὐτόθεν κατάβαλε] verbum non amplius. omitte hoc ſtatim. in ipſo quaſi limine onus depone. h. e. noli chordam hanc tangere ne ipſe tibi malum, ignominiam, acres adverſariorum impetus contrahas, nudumque latus illis monſtres. nam hoc vult dicere verſus 511. Iliad. K. 15 recte dat ed. Stephani εἴποιμι. 16 προαχθείην] ſubaudi εἰπεῖν.

127. 2 recte dant codd. ἀμύνονται. *ibid.* ſ. leg. καὶ αὐτὸς περὶ τούτων. verba haec ἐπεὶ ὅτι γε καὶ [αὐτὸς] περὶ τούτων λέγειν videtur Canterus pro inutilibus et aliunde intruſis ideoque amputandis habuiſſe. praeteriit quidem in latinis. ſed bene habent ſi αὐτὸς additur. nam me ipſum quoque his de rebus habere quod dicam, Periclem ſcil. his ſe criminibus nunquam obligaſſe, hoc vero reticere multo mihi accidit difficilius, quam invenire quod dicerem, ſi propoſuiſſem mihi id demonſtrare. Illud *me ipſum quoque habere quod dicam pro Pericle*, pertinet ad illud ſuperius de hominibus Platonis minus quam Periclis ejusque aequalium ſtudioſis. *me ipſum* quoque habere quod dicam non minus

atque

illi habent quod pro Pericle dicant. 11 χρόνω deeſt aut ſolum ἐπισχεῖν aut αὐτὴν ἐπι- vel κωλύσαι, ſcil. τὴν νόσον, de qua ſermo ceſſit, aut τὴν νόσον ἐπισχεῖν. ibid. f. τὴν νόσον et δέκα ἔτη accipiendum pro εἰς δέκα ἔτη ντα vel τετελεσμένα. et ſic quoque accipi it apud Platonem in Convivio p. 1193, B. fundus eſt hujus loci, ubi ſic de Diotima catur ἣ ταῦτά τε σοφὴ ἦν καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ναίοις ποτὲ θυσαμένη πρὸ τῦ λοιμῦ δέκα ἔτη ανα- ν ἐποίησε τῆς νόσυ. 13 breviter ita con- ixit, quae ſic uberius explices πάντες ἂν εἰ- ις αἰτιῷντο, τῦ δὲ ὅλως [hoc eſt τὴν ἀρχὴν] ϑῆναι, ὐδεὶς ἂν αἰτιῷτο. 15 poſterius ἐκεῖνη τα recte abeſt ab ed. Steph.

128. 1 nimium indulges et ſervis ſententiae, im animo tuo induxiſti, et defendendam cepiſti. 4 recte dant codd. ἐπηρεκώς. no- da praeterea dictio πάντες μᾶλλον ἢ Περικλῆς ρκὼς εἴη, pro vulgari πάντες ἂν μᾶλλον ἐπηρ- ες εἶεν, ἢ Περικλῆς. v. p. 148, 8. ibid. ἧτ- legatur, an ἧττον, perinde eſt. ſi prius, it haec ſententia: non attingit eum, neque haereſcit ei haec accuſatio. ſi poſterius: mi- is erit ejus (vel contra eum) haec accuſa-). praefero tamen vulgatam. 6 μεταχειρίζε- . 9 γιγνομένῳ] convenientе, neceſſario, rei proprio et accommodato. 10 malim ὑτοῖς. 15 videbatur aliquando λελεῖφθαι aut ελέχθαι leg. pro λελύσθαι. ſed hoc bene habet. ὑσις eſt concluſio e praemiſſis pronunciatis,

λύεσθαι colligi ratiocinando. eſt itaque ſententia. oportet has tres quaeſtiones expediri et ratiocinando evinci, ut nihil ſuperſit dubii, quod alicujus animum impeditum et conſtrictum teneat. 16 ἤ δή τοι.

129. 1 ἔτι] l. ἐπί. 8 recte habet φωνὴν neque audiendus Canterus. eſt enim ἴσον τι καὶ φωνὴν idem atque ſi dixiſſet ἴσον τι τῷ φωνήν. *vocabulum* γλῶτταν *uſurpavit pro vocabulo* φωνήν. eſt tamen prius paulo mordacius atque contumelioſius. alterum, φωνὴν puta, fuiſſet paulo decentius atque benignius. illo enim una potuit cupiditatem et voracitatem et garrulitatem Periclis notare. 12 malim ἥκει ſimplex, aut ſaltim ἀνήκει. *ibid.* ἔπειτα] l. ἐπεί τοι. *quoniam.*

130. 1 ſi probamus lectionem ὅν γε, quorundam codicum auctoritate ipſiusque ſcholiaſtae munitam, ſubaudiendum erit ῥήτορα. quem appellare fas eſt oratorem. ſed ὧν bene habet. pendet enim ex ἄριστος. ἄριστος ὧν γ' ἐστι λέγειν idem eſt atque ἄριστος τῶν ῥητόρων οὓς γε ῥήτορας ἔξεστιν ὀνομάζειν. cum aliquis ſuperiora ad laudem Periclis dixiſſet, alter ipſum interpellans praeter exſpectationem, ridiculi comici gratia, ſubjicit ἀλιτήριος. haec perſonarum varietas partiumque dicendi commutatio in ejusmodi fragmentis difficilius, quam in fabulis integris ſentitur. 4 f. ἐρευνάτων, καὶ ἔς τε τἄλλα καὶ ἐς αὐτὸ τοῦτο — 8 poſt λάλιας excidit, aut ſaltim ſubaudiri debet ἔργον. *penult.* ὅτι μὴ καὶ

λέγειν

ὄντος γε πρὸς τῶ κρέιττων πρεσβυτέρων [ſub. αὐτῶ] nullum dubium relinquit: quin ipſe [Thucydides] tribuat ei [Pericli] fa-tem optime dicendi una cum ſcientia opti-emp. gerendi, in eo, quod ipſum prin-m Graeciae appellet. nam φῇ in conjun-leg. eſt e codd. Anglic.

31. 1 commemorat Antiphontem, cum d magiſter eloquentiae eſſet, tum quod rſarius Periclis: ut intelligens praecepto-dicendi poterat optime de Periclis elo-ntia judicare, et quum eſſet adverſarius nicusque Periclis, non potuit honorificum de Periclis eloquentia teſtimonium alii ſae, quam vi veritatis, tribui, quae vel ab in-teſtimonium hoc expreſſerit. Pericles t popularis, Antipho autem, teſte Thucy-e 8, 68. averſus a populo, eoque Pericli juior: urget itaque noſter hic vim et aucto-item teſtimonii ab inimico profecti. 2 ſi, ucydides Periclem ob eloquentiam laudavit, i Thucydides diſcipulus Antiphontis fuit, em Antiphontem tu laudas, tametſi minus am Aſpaſiam: multo magis tu debes Pericli bitas laudes deferre, qui Aſpaſiae diſcipulus it. Ineſt vis argumenti ſubobſcuri in hoc. ſpaſia fuit Antiphonte eloquentior. ſed elo-uentior de diſerto rectius judicabit, quam inus eloquens. Thucydides autem, qui it diſcipulus Antiphontis, magiſtri minoris, ene judicat de Periclis eloquentia, qui diſci-

pulus fuit Aſpaſiae, magiſtrae majoris: Te itaque, Plato, multo magis decet de eodem Pericle bene ſentire, te, qui per Socratem Aſpaſiae ejusdem diſcipulus recte haberis. 18 καὶ primi loco malim καίτοι: quamvis, vel atqui. penult. πολλὰ τὰ πράγματα] *multi magnique tumultus et contentiones.*

132. 3 ἀπεργάζοιτο recte dat ed. Stephani. 6 ὅτι μὴ καὶ] *quidquod etiam — imo vero etiam.* v. Viger de Idiotism. L. G. p. 422. ſed ille rationem aut originem hujus dictionis omiſit indicare, quae mihi videtur haec eſſe. integre ſic diceretur οὐκ ἐρῶ νῦν ὁρατέον εἶναι μὴ καὶ φαῖμεν ἂν — omitto nunc dicere, videndum etiam eſſe anne ſimus dicturi. h. e. ne nunc dicam, facile fieri poſſe ut dicamus. *ibid.* aut μέλλοιμεν aut ἐμέλλομεν leg. 18. vulgata idem dicit ac ſi dixiſſet κοσμιώτεροι καὶ σωφρονέστεροι αὑτῶν ἔσεσθαι tanto decentius atque temperantius impoſterum ſeſe eſſe habituros, quam antea habuiſſent, h. e. geſſiſſent, et quam in ipſorum aut natura aut more eſſet poſitum.

133. 1 recte dant codices ἔμελλον et verſu 6. πλεῖν quod ab ipſo Ariſtophane confirmatur. 9 ποιεῖν ſi de ſolis garrulis poetis ibi loquitur Ariſtophanes, bene habet. alias ſuadeam νοεῖν vel φρονεῖν, ut p. 127, 6. *ibid.* πολιτικῶς] ſubaudi ἔχει. vel poſſunt etiam ſublato puncto ſequentia cum ſuperioribus copulari et περὶ ad σεμνότητος referri. 10 poſt σεμνότητος excidit aliquid, e. c. εἴχετο, vel ἀντεχάζετο, vel

ἀντι-

ποιεῖται, vel ſimile verbum; aut ſi pro ἀε
iſcitur ὁ e codice Barocc. leg. ὁ ἀεμενότερος
ιῶν. quod placet.

134. 8 aut prorſus eſt delendum τῷ ut e proximi voc. αὐτῷ perperam iteratum, aut s loco leg. eſt τὸ, quod cum προςάττει co-ret et a codd. mſtis confirmatur. 10 men-trapezitieas vel foenebres intellige. 11 λέα uno voce ut apud ipſum Heſiodum eſt ſu 493. *Oper. et dier. ult.* recte dant codd. οῖεν. fort. quoque ἐμοὶ leg. eſt pro εἶμαι.

135. 8 ἀνθρώπων. 12 τῦτο] ſcil. τῷ ἐς λλος λέγειν. 14 pro ἀλλὰ ſententia loci quirit καὶ ταῦτα *idque tanto minus.* 17 re-e dant codd. οὐχ οὗτος ἐστιν ὁ πανταχῆ vel παν-χῦ. *ult.* ἄνομα ἄλλως.

136. 6 poſt συνέχειαν deeſt οἷον, ubi ſubau-itur ἐστι. 15 f. εἶξαν ἐφ' αὑτῶν cedebant ponte ſua. *ibid.* προκαλυψάμενος.

137. 8 ἀρτίως, ὡς ἐκεῖνον ἔχοντας, id eſt πρὸς κεῖνον φέροντας vel τείνοντας, ad eum Periclem utta, pertinentia. ὡς idem hic eſt atque ὡς. r ſatis prodidit Canterus interpretando, ſibi ocum hunc vitioſum viſum eſſe ſit, nec ne ſit, aud dixerim. eſt quidem ea non de nihilo conjectura. ſi bene habet locus, ferendus eſt. laudari quidem nequit. quid ſecutus ſit Canterus, non perſpicio. e vulgata haec exiſtit ſententia: ſed bene novimus, quid in his verbis Pericli Ariſtophanes dederit; (ſtudium puta pacis conturbandae et rerum omnium miſcen-

darum bellique conflandi, id quod Ariſtides, quia invidioſum erat, diſertis verbis appellare noluit.) Atqui ſi verum dixit Ariſtophanes, Plato profecto mentitus eſt. *ult.* recte dant codd. νωθείαν.

138. 4 ſic diſtinguo. ἀλλ' ἀκοήν. ταῦτά γε, ὁ Κρὴς τὸν πόντον, φύσει τε. haec ſunt illa, quae proverbio dicuntur: Cretenſis mare. hoc eſt ita te geris ut Creti ſis ſimilis, illi in proverbio, neganti mare noſſe. optime noſti Periclem et quae ab aliis in eum laudes congeſtae ſunt, quamquam ille vis videri, qui eum minime noris. 14 τοσούτων. 15 ὅσων. 17 recte dant codd. ἀξιοῦντας.

139. 4 rurſus recte dat ed. St. νόσῳ et verſu 9. codd. ἐφιλοσόφησε. 16 μὲν] malim γε.

140. 2 recte emendatum fuit in Oporini codice ἀφεστώς. poteſt tamen vulgata defendi e latino *ſuperior omni metu*. 3 f. ἄγων ἢ ἐστιν — aut τούτῳ, ὅστις. 6 recte dant codd. συμφαίνειν. ſubauditur e proximo μάχεσθαι. Conſtructio eſt συμφαίνειν ἂν πάντες οἱ στρατηγοὶ, ὅτι ἐν παντὶ καιρῷ, οὔτε ἐν παντὶ χωρίῳ μάχεσθαι χρὴ, ἀρχὴν δ' οὐ μάχεσθαι χρῆναι πάντως. id omnes uno ore confiteantur imperatores, neque omni tempore, neque omni loco dimicare oportere, et, ſi verum velis, plane non dimicare oportere imperatorem, verum quidem illum et idoneum. 7 τόν γε δὴ ἀληθινὸν στρατηγόν. 11 recte codex C. N. dat στρατηγοῦ. in tantum, quantum harum rerum aliqui quid ſuppetat,

at, h. e. cum tanta earum copia et oport-
itate, quantacunque ei praeſto ſit.

141. ἀντίφ. recte dat ed. Steph. ἀμφισβη-
τας.

142. 1 μέρος] ſubaudi τῆς δυνάμεως vel αὐ-
. 13 f. καὶν τοιούτοις.

143. 2 ἑαυτῶν ὄντας] ſubaudi κυρίως. 12
cte dant codd. συνάπτει. Plato ſcil. et in
σὶν ſubauditur ὡς, ut ajunt homines in pro-
rbio. ibid. ſic diſtinguo ἀπέφηνε Περικλῆς, ἀν-
ώπων καὶ ὅς τινας ἄν — τί τις ἂν λέγοι? poſt
eſt apoſiopeſis. debebat enim ſequi βλας-
μοίη. ſed quoniam hoc injurium eſſet nimis-
e acerbum in Platonem, cui modis omni-
ıs noſter parcit, invidioſi et ignominioſi
rbi loco ait: quid jam dicam? non habeo
is aptum verbum, molle, neque laedens
gnitatem divini hominis, ſed idem tamen
ıs indicans id quod volo. tunc incipit nova
ntentia et dubitatio. atqui, νὴ Δία, πρῶτος —
nult. ſignificat ſe a pueris inſtitutionis litera-
ıe mercedem nullam exegiſſe.

144. 2 διαδέσεις] ſportulae. vidit hoc et-
m ſcholiaſtes, qui tamen romani moris non
tis gnarus, ut homo graecus, σπορίδας ap-
ellavit pro σπυρίδας: illo autem, non hoc mo-
, eum exaraſſe prodit inepta ejus deductio
verbo σπείρειν. 5 neque ſe ita eruditum fer-
, h. e. dicere, ſe ad eam vitae et morum
legantiam et in praedicando de aliis modeſti-
m inſtitutum et aſſuefactum eſſe, ut nimia
illa

illa cura atque cautione, ne quem verbis laedat offendatve, domeſtico quaſi praeconio teſtes quam plurimos ignaviae ſuae puſillique et abjecti animi colligat; vel palam de ſe praedicet liberum verbum et ingenuo homine viroque forti dignum proferre ſe non audere. 6 ἀνὴρ] l. ὥσπερ. 10 ἕκαστον. ſcil. σῶμα. *ibid.* τό τι χεῖρον, tribus verbis. 13 praefero εὕροις in optativo.

145. 1 recte dat ed. Steph. ἐξεργάσαιντο. et verſu 12. αὐτός. *ult.* εἰ σκύτεσιν. ſcil. νομίζουσι. ut verſu 15. neque fas eſt Carthaginienſibus, ideo, quod pecunia ſcortea utuntur, graecos argenteam uſurpantes deridere. *ibid.* praefero φέρουσιν.

146. 1 recte dat ed. Steph. τοῦθ' ἡ μισθὸν. 3 ἀλλ' ὅλως. 4 f. ἀλλ' ἄλλοι μὲν χαλκόν. et ſic quoque eſt Iliad. H. 473. ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ. 6 ἔσωζε] coacervabat, cogebat quaſi εἰς σωρόν. nam σώζειν hoc proprie ſignificat, coacervare, congerere, aut exaggeratum aliquid integrum ſervare, ne quid acervus iminuatur cavere. a σάω et σόω fit σωρὸς et σώζω et σῶμα. 9 f. καὶ τῶν ἄνω νομοθετῶν τις ἤδη ταῦτ' ἐνόμιζε vel εἰσηγήσατο. poſſit ᾔδει defendi, interpretando *exercebat.* ille uſus verbi εἰδέναι, quo notat exercere, agitare, factitare rem, ei operam et ſtudium navare, eſt Homero perquam uſitatus. ſed oratore videtur alienius. 10 f. οὕτως, εἰ τὰ μὲν ὕστερα τῆς ἐκείνης πολιτείας. appellat autem poſteriora admini-

miniſtratione Periclis illa Athenienſium pernicioſa inſtituta, tenente bello ditionem ſuam amplificandi, contra quam Pericles ſuaſerat. v. p. 124, 125. ille enim locus eſt, ad quem ipſe Noſter hic ablegat in verbis ἃ μικρῷ πρόσθεν ἠλέγχομεν. 11 ὡς, παρ' ἃ νῦν αὖ, (ſcil. ἠλέγχομεν) δείκνυται. quemadmodum efficitur ex iis, quae nunc modo arguimus. vel ſimplicius ἃ delendum eſt, aut ὡς, aut ſcrib. ὡς τὰ νῦν αὖ, ut τὰ νῦν ſit adverbiale, pro νῦν ſimplici. 14 εἴτε] l. εἰ. nam poſt illud deberet ſequi εἴτε καὶ μή. 17 προσβιβάζοντας recte dant codd. et ſic quoque eſt libro primo Memorabil. Socratis. v. infra p. 158, 12. 166, 15.

147. 2 quinque prima hujus verſus vocabula ſunt delenda, perperam a typothetis e ſuperiore verſu repetita. 6 recte dant codd. ἐν τῷ βίῳ. 15 τὴν χεῖρα ὑπέχειν dicitur ille, qui manum curvatam vel cavatam ſubjicit alterius manui, tanquam rete, quo dona ejus colligat et complectatur. ὀρθῶς πράττειν eſt ſecunda fortuna uti, in rebus proſperis et laetis eſſe. *penult.* κατ' ἀμφοτέρας] facit hoc p. 148, 9.

148. 16 f. ἥκων εἰ, ἅ γ' ἰδόντι Πλάτωνι.

149. 9 recte dat ed. St. Νικαῖαν. 10 f. προδιδάσκειν. nam id verbum, a Demoſthene acceptum, noſtro uſurpatur de magiſtris, qui pueris literarum figuras et vim pingunt ante oculos atque demonſtrant, docentque imitari.

ei poſſet ignominiae dari. 9 ἀνδρὸς. viri erat non cum plebejis comparandi, neque de faece plebis. 12 f. ἐδενὸς ἐσθ' ἑτέρε. 13 ἠξίει. 17 ἤτι] recte dat ed. Steph. ἔτι.

160. 2 recte dant codd. mſti ὀλίγες τινὰς. ſed hoc admiſſo videtur εἶναι vel γεγονέναι poſt ἀρετῆς deeſſe. ἄξιος τῆς ἀρετῆς dicitur, qui par eſt alterius virtuti et cum ea componi atque comparari poteſt. 4 recte dat ed. Steph. νικᾷν pro illo foedo Anglicanae editionis vitio κακᾷν.

161. 1 τῶν] recte hujus loco dat ed. St. αὐτῦ. 12 recte rurſus eadem Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαρ. deinde dictio πῦ χορῦ τάξομεν videtur ex aliquo tragico deſumta, videor mihi aliquando hunc ſenarium legiſſe.

ὅπυ χορῦ τάξωμεν, ἢ τάξιν τίνα?

13 ἀριστεροστάτης in ſiniſtra parte ſtans, ut πρωτοστάτης, ὑστεροστάτης et reliqua cum στάτης compoſita. tantummodo vir hic habeatur magis pro ductore dextri cornu, quam pro ſiniſtri commilitone. *penult.* ἀναποδίζοι in optativo, ut ἐπερωτῴη.

162. 1 in ed. Steph. eſt ἔθηκεν ἐπιτηδεύματα. unde debet effici ἔθη καὶ ἐπιτηδ. 3 f. τοῖς Ἀριστοφάνυς ἔπεσι τὰς Μιλτιάδυ ἀπεικ. 5 μηδὲν ſive cum ἀκῦσαι jungas et accipias pro μὴ ἀκῦσαι, ſive legas cum apoſtropho, ut ſit pro μηδένα, nihil plane refert. 6 γυμνὲς non videtur eſſe, plane nudos, ſed in ſola tunica ſine

pal-

pallio. 13 ἀποχωρεῖται. ob ἐπιθήσει versu 11. *ult.* ὅλως] ſ. ὅπλοις.

163. 16 parentheſis poſt αὐτῷ claudenda.

164. *pen.* ſ. τῷ πρὸς τὰ βέλτιστα ἐθίσαι τοὺς πολίτας, καὶ τῷ [ideſt καὶ πρὸς τῷ] παρασκευάσαι. *ult.* recte dat ed. St. αὐτός.

165. *ult.* probo δι' ἁπάντων e codice C. N. ſed praeterea quoque ἴσως leg. ſubauditur enim πολίτας.

166. 5 τοὺς μὲν πλεῖστον. 7 Ruhnkenius V. C. in notis ad Timaei Lexicon Platon. p. 168. conjicit leg. eſſe σαθερῶ. ſcita eſt conjectura, ſed vereor ut vera ſit. docta ſunt et proba quae vir doctus ibi de v. σαθερὸς origine diſputat et ab Arabico ſermone confirmantur, in quo قائم الظهيرة *ſtans meridiei* eſt ipſe maximus et flagrantiſſimus aeſtus. 6 τὸ παραλλὰξ αὖ τίθει recte dat codex C. N. et in hoc ipſo ordine mediocrium pone τὸ παραλλὰξ ſeu diſcrepantiam, ut alius alii praeſtet ad parendi voluntatem. 8 recte dat codex C. N. ἐρρίγωσε. 13 συνομεῖσθαι. 15 προσβιβάζειν recte dant codd. (v. p. 146, 17.) et verſu *ult.* ὅπως ἂν πόλις.

167. 2 δεῖ. 12 deberet σὺν ταύτῃ eſſe dictum. praeceſſit enim δικαιοσύνη. ſed refertur oratio ad rem ſignificatam, ad τὸ δίκαιον puta, quod etiam ſtatim ſequitur. 13 φῄς. αἰς. *ibid.* recte dant codd. διαφέρει. 14 ſ. ἄλλος. ſcil. εἰ. *ibid.* χρῆ. uteris: et ſic quoque p. 170, 10. emendandum. v. p. 295, 1.

168. 4 ἐςὶ] recte dat ed. St. ἐπὶ et codd, verſu 15. κατεἰργάζετο. 16 dubito probemne Canteri emendationem ἐκ ἔχειν, an legam ταῦ-τα ἔχειν. quoquo ſe verterent, illa in ſua jam habere poteſtate exiſtimabant. *penult.* aut de-lend. καὶ, aut addendum ἡττηθῆναι. videbantur irritam atque infelicem ſibi expeditionem ſuſce-piſſe et victi eſſe in eo, quod in Scythia, quos vincerent, homines nullos reperiſſent. *ult.* λό-γος] f. ὅρος. ſed facile ſ vulgata, ſenſu *ratio-nis* et *modi* accepta, defendatur.

169. 3 comma poſt ἡμερῶν promovendum, 8 κατηρκὼς. exercitus Perſarum jam ex Eretria Marathonem appulerat, pariter et hic ſibi ſpe-rans ſecundam, ut ibi, fortunam. aut, quaſi res ipſis hic aeque proſpere eſſent ſucceſſurae, atque ibi ſucceſſerunt.

170. 2 poſt ῥίψαντας videtur aliquid deeſſe. v. c. φεύγειν vel ὑπείκειν. 5 εἰ ταῦτα λέγοντες [ſic enim leg. in nominat.] καὶ ὅτω παρεσκευ-ασμένες ἧξιον] haec verba ſunt tantummodo recapeſſendae orationis cauſſa interjecta, ne le-ctor filum amitteret. detractis enim illis ora-tioni nihil ad integritatem deerit. 6 ἐπ' ἀμ-φότερα] ſive vincant, ſive occumbant. 8 ἄ-παντα] ſubaudi ὁρᾷ vel ἥκει, e verſu proximo. quia tamen poſteriore loco ἥκει cum εἰς conſtruit, et priore conſtruxiſſe cum πρὸς in tanta vicinitate vix videtur, malim ex ἄπαντα facere ἀπαντᾷ. πρὸς τῦτον ἀπαντᾷ καὶ τὰ τῶν ναυτῶν. *ad eum redeunt et res nautarum et vectorum.* 10 χρῆ *uteris.*

ut

t jam paulo ante notatum fuit. 18 f. ποιεῖ
ὺς ἐμβάντας. *penult.* recte dant codd. ἐμβαίνειν.

171. 3 f. τὰ πρωτεῖα. 8 καὶ μὴ πολυπραγ-
ιονεῖν.] verba haec omiſſa ſunt in latinis Can-
eri, ut alia alias. Sententia eſt: univerſe ars
oſi imperavit arte alia omnia unum hoc ſpe-
tare et in hoc uno maxime elaborare, ut na-
em et vectores ſervet, caeterorum nihil ad ſe
utet pertinere, neque rebus alienis ſeſe im-
niſceat, aut imperium in alios ſibi arroget.

173. 3 ἔτος del. ut natum e proximo ἔτως.
ed αὐτῷ etiam ilia trahit, nervos habiturum
ſic enunciaſſet φαίνεται τοίνυν ἔτος τοιῦτος ὢν ὡς
έρῳ τοιύτῳ ὄντι καὶ αὐτῷ χείρων Μιλτιάδη. 4 ὃ
ἂν] l. οὐκ ἂν ſcil. χρησόμενος. v. p. 57. Animadv.
d Dion. Chryſoſt. 7 βέλτιον hic eſt, ut alias
μεινον, nihilo plus quam ἀγαθόν. 11 recte
at ed. Steph. τὸ καθ' αὐτόν. quantum in ſe eſ-
et. 18 f. εἰκὸς εἶναι ἔχειν aut alias εἰκὸς erit
elendum. *ult.* punctum commate mutandum
oſt φρόνιμον.

174. 3 loco poſterioris τῶν malim τοῖς. πα-
ίχετο τοῖς πανταχῦ ἀνθρώποις hominibus ſuppe-
tabat, qui ubique ſunt, aut, omnibus ubique
rrarum et locorum. 9 recte dat ed. Steph.
κεῖν et codd. verſu 12. ἀπογράψομεν.

175. 9 τῶν ἑλλήνων] imo vero τῶν βαρβά-
ν. *ibid.* ἐκεῖνον bene habet, quamquam neque
ίνῳ improbo, quod eſt in cod. C. N. ἐκεῖνον
γράφειν ὅτι ὤλεσεν idem eſt atque ἐπιγράφειν
ἐκεῖνος ὤλεσε. *pen.* πράξαντα] ſubaudi e ver-

ſu. 13. repetendum ἔχομεν ἂν εὑρεῖν aut εὑρίσκοιμεν ἄν. *ibid.* exquiſitior ratio poſtulat. βουλευσάμενον. verum juniores graeci βουλεύειν et βουλεύεσθαι haud raro commutant.

176. 4 ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος ἡδονῶν. 5 dubium nullum eſt leg. eſſe Θίμβρωνα, quam lectionem Jebb ſagaciter e lectione Θίβρωνα, in codd. mſtis exſtante, eruit. 9 μηδαμῇ] ἀμηγέπη. *quodammodo.* nam alias inutile eſſet ſequens πανταχοῦ δ' ἀσθενέστερον, et ſuffeciſſet eo omiſſo ſic dicere εἰ δὴ τὸ μηδαμῇ ὅμοιον εἴδωλον χρὴ εἰπεῖν. 12 recte dat codex C. N. μετέωρα. 14 ἠδὲ Μιλτ.

177. 5 recte dat ed. Steph. διὰ βίου. 13 ἐκ πρωτείων τὰ δευτερεῖα ἔχειν. qui omnium minime hanc injuriam meruerat, ut ſecundas laudis partes ferret, qui primas meruiſſet, quamquam uni omnium hanc injuriam contigiſſe conſtat. *ult.* poſt Μαραθῶνι comma eſt ponendum. nam ſententia haec eſt. illum Marathonium, aut, ſi mavis ita appellare, τὸν κάπ, aut quocunque tandem eum nomine juvat ornare, per me tibi licebit.

178. 3 ὑπερβαλόμενος, uno λ, in aoriſto, ut tempus praeteritum ſignificetur. ſed nimis crebra ſunt vitia typographica editionis Oxonienſes, et indigna ideo notatione. 13 τὰ τῆς παροιμίας αὐτῷ περιεστήκει] evenit ipſi, quod proverbio dicitur. v. p. 215. *ult.* et p. 232, 9. 17 ὑπεύθυνος —] ſententia eſt. tempora, quae tum erant, eum in locum Themiſtoclem adduxerant,

erant, ut graeci summo iure possent eo, umquam gesti alicuius magistratus ratio- tenti, ita virtutes multo plures alias repetere it sibi debitas atque necessario praestandas Themistocle, ut prudentiam [illegible] *ult.* recte at codex Baroec. τὸ et ed. Steph. [illegible] sed llusquam credi potest obsident et inquina- am habent Oxoniensem editionem vitia typo- raphica.

180. 2 ἀρχῇ f. ἀεὶ. constructio est. γινό- μενος [illegible] ὁ βάρβαρος ἀεὶ τῷ στρατοπέδῳ, δοκεῖ [illegible] ῆς. Erat ipse suis exercitus loco potius terrae cuius in quacumque parte esset, credebat se in a terrarum parte versari, unde exisset illa le- io; ut, si esset in regione Meda, credebat se in Media esse; si in Hyrcania, in Hyrcania. 13 ecte dat ed. Steph. ἀὴρ.

181. 10 miratus dictionem ἀντισχὼν τοῖς πράγμασιν ὀρθοῖς ὄμμασιν, cogitavi de ἀντιδών. dictio ἀντιδεῖν ὀρθοῖς ὄμμασι τοῖς πράγμασιν con- venit cum illo Polybiano ἀντοφθαλμεῖν τῇ τινος δυναστείᾳ. 11 τυ sine accentu. *ult.* verba μήτε τοὺς κινδύνους σφίσι μήτε τὰς πράξεις γεγενῆσθαι vi- dentur delenda esse, ut varians lectio ex ipsius auctoris adversariis superstes. nam idem dicunt tam proximis praecedentibus.

183. 2 αὐτὸς recte dat ed. Steph. 4. 5. turbarunt hic operae Oxonienses. reduc ex ed. Steph. versu 4. ἐποίησεν et versu 5. ἐποιήσεν. δὴ f. δὲ. 17 recte dat ed. Steph. ἀκόντες. 18. f. τὰ ἔσχατα τῦ βίυ τοιαῦτ' εἶναι.

184. 2 recte dat codex C. N. *αὐτοῦ τοῦ ξυροῦ.* quo de proverbio v. Abreſch ad Aeſchyl. 3 *καὶ μή μοι λόγῳ χρυσὸν προσάγων*] utcunque torqueas, caret hoc ſenſu, et affectatum eſt. 7. f. *οὐχ οὖν πάντα, ἃ ἔδει πράττειν καὶ ἃ συμβουλεύειν, ταῦτα ἔπραττον μὲν Ἀθ.* 8 *τὰ μέγιστα*] f. *τὰ βέλτιστα.* 9 *οὐ μενοῦν*] ideſt *οὐ μόνον ἀλλὰ καί.* *imo vero etiam.* *ult.* aut tranſponenda verba cum codd. mſtis aut leg. *τοὺς Ἀθηναίους.*

185. 1 ante *ἐπηνάγκαζεν* exciderunt haec verba ex ed. St. reſtituenda. *οὐ γὰρ αὐτὸς γ' εἰσηγεῖτο, οὐδ'* — 2 recte dat eadem *δὴ* pro *δὲ.* 5 malim *ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον μᾶλλον.* 6 recte *τὸ* primum abeſt a codd. mſtis.

186. 6 poſt *μείζονος* deſunt quaedam, quem defectum Canterus in latinis indicavit aſteriſco. videtur haec ſententia deſiderari *ὅπως μὴ συγκλεισθεὶς εἰς ἀφύκτους ἀνάγκας* neceſſitatem puta praelii terreſtris committendi. verum tamen vel ſic deeſt ſententia reſpondens ad *πρῶτον.* ſanari vitium ex ingenio nullo modo poteſt. 8 *ὡς*] *nam.* quo ſenſu ſaepe uſurpatur. 11 aut poſt *πάντων* deeſt *τὸ μέγιστον* vel ſimile quid, aut leg. *πλὴν ἕν, ἐν ᾧ τὸ πᾶν ἐνῆν, οὐκ ᾔδειν.* 13 ſi ſervatur *συναγορεύοντες*, a communi repetendum eſt *ἔσπευδον τὸν πλοῦν εἰς Σικελίαν.* ſi autem oratio conformanda eſt ſequenti *ἀντέλεγον*, ſcribendum erit *συνηγόρευον.* 14 loco ſecundi *τότε* exarandum eſt *τό τε* duobus diſtinctis vocabulis. *penult.* recte addunt codd. *δὲ*, quod delendum eſt in fine verſus.

187. 11 καὶ poſt διδασκάλε videtur delend. 15 διαδόσεως] ſcil. pecuniae ex argentifodinis redactae. 18 recte dat ed. Steph. εἶναι δ' ἐ πέρας. non neſcio quidem ſequente ἐδὲ, primum ἐ omitti, v. p. 188, 3. ſed hujus loci alia eſt ratio, et quid opus eſt invitis libris lectionem vitio carentem mutare cum alia, ad ſummum, ſi vis, non meliore.

188. 1 recte rurſus eadem ναυμαχίαν. 3 recte dant codd. βαλόμενος, ut etiam Plutarchus citat. 6 aut βέλτιον aut πλέον redundat, ſed hoc potius. 13 σχεδὸν δέ τι καὶ] ſubaudi μόνον, quod ſaepe omittitur. 15 recte dat codex C. N. τὰ.

189. 3 προσεισηνέγκατε. 9 quamvis ipſi, etiamſi vel ſoli eſſent, tamen tam multum praeſtarent caeteris ad faciendam bonam ſpem de rerum praeſentium ſucceſſibus. 16 recte abeſt τε a codd. 18 ὡς] l. ὧν.

190. 2 recte dat ed. Steph. ὑπερέσχε καὶ διεκώλυσε.

191. 3 poſt ὁδῷ aut in hac regione deeſt ὅρα vel σκόπει, niſi gravius vulnus ſubeſt. Cogitavi aliquando. ἡ δ' αὐτῇ εὐβουλία κἀνταῦθα ἀνεφάνη τεχνωμένη τὸ τῆς ὁδῷ πάρεργον. ſed difficile et periculoſum eſt ex ingenio defectus librorum ſarcire velle. 5 de Minoë et Aeaco paulo ſunt haec obſcuriora cur ad rem praeſentem afferantur. video quidem auctorem hoc velle dicere. quis judex hoc improbet quamvis ſeverus, et vel Minoi atque Aeaco

 par

par in religione judicandi. haec ſufficiebant et poterant intelligi. ſed quid opus eſt illa acceſſione *qui ſublatis ad Iovem manibus pro graecis ſupplicavit.* haec ad rem nihil pertinent, niſi dicas Themiſtoclis amorem erga graecos cum ſimili Aeaci aequiparari. 6 f. ἐνταῦθα δὲ δή.

192. 7 ὑπ' ἐκείνου. Themiſtocle puta. 10 ἐφ' ἑαυτοῖς. *ult.* νῦν γὰρ] reſpicit ad locum p. 151, 8.

193. 2 f. ὀνομαστί. *ibid.* recte dant codd. ἤ pro ἢ δὲ. videturque mihi futurum ut in ejusmodi comparatione non multi ſint libri philoſophorum, qui dignitate huic pſephiſmati antecellant. 7 ταῦτα] f. πάντα aut τὰ πάντα. *ibid.* recte dat ed. Steph. ἐκείνων δὲ et verſu 9. codd. ὄντος et 14. θρεμμάτων, et 15. πάντων.

195. 8 τοσοῦτον Θ. περιῆν τοῦ διακονεῖν] gemino modo poteſt accipi; uno, ut ſit cavillatio, plane ad illum ſenſum accipienda, quem verba dant; et eo modo accepit Canterus: *tantum abundavit Themiſtocli de miniſterio.* h. e. tantus erat ejus ardor, tam effuſum ſtudium ſerviliter miniſtrandi alienis imperiis. altero modo poteſt ut affirmantis et ajentis oratio accipi. tantum eminebat et excellebat Themiſtocles, ut longis intervallis abeſſet ab humilitate ſerviendi, περιῆν αὐτῷ τοῦ διακονεῖν idem eſt atque ἦν αὐτῷ ὑπεροχὴ καὶ περιουσία ὑπὲρ τὸ διακονεῖν. ad verbum, erat ei excellentia et redundantia ſuper miniſtrare. περὶ πάντων idem eſt atque ὑπὲρ πάντας, πρὸ πάντων. 12 recte dat ed. Steph.

καὶ

ται μὲν, et paullo ante versu 4. ἐπιδιαφερεσθαι vemult. περὶ τῆς ἡγεμονίας.] post haec verba excidit διαφερομένας aut φιλονεικήσαντας, aut ſimile quid. ult. τὰ πρῶτα (ſcil. μέρη) idem eſt atque τὰ πρωτεῖα.

196. 6 εἶχ. ὥσπερ, aut ἐδεῖ ὥσπερ neque ut Cimon reliquias belli ab alio inchoati perſecutus eſt. 9 πρῶτα non ſenſu ſtrictiſſimo ad verbum accipi debet (nam jam antea periclitati erant Athenienſes ad Marathonem) ſed eſt proverbialis locutio πρῶτα καὶ τελευταῖα κινδυνεύειν, ut, aut nunc, aut nunquam, ſignificans ſummum diſcrimen. 11 f. ὕστερον Πλαταιᾶσι. μάχης γε μὴν παράδειγμα. recte abeſt illud ἐν a codd. miſtis. nam aut unde Πλαταιᾶσι dicitur, aut ἐν Πλαταιαῖς, ut p. 197, 3. notandum adhuc, illud νικήσας verſu 10. pendere, nec habere verbum, quo referatur. unde ſuſpicio defectus naſcitur. ult. ἀνδρῶν γενομένων τι τοῖς Ἕλλησι] ſubaudi μέγα vel χρήσιμον.

197. 2 ἅμα τοῖς πλείστοις] ſubaudi, vel adde potius τῶν πεζῶν. 8 poſt ἔγνω deeſt σωθησόμενον aut ἀποφευξόμενον, vel tale aliquid. multo magis nemo omnium unus praevidebat e clade communi quemquam, ne Ariſtidem quidem, ciniſtonem, ſalvum evaſurum eſſe. ibid. ἀγωνιζομένων quippe eum graeci dimicarant. 11 f. προσεπηγμένα. 14 recte codices κατώρθωσεν.

198. 2 mallim τινὸς ad ῥήματος addi quam ſubaudiri. poſitumque legi μηδὲ μέχρι ῥήματος τῶν ἐπιεικῶν. humanitate plane nulla dignari, ne

vel verbo quidem tenus. 12 recte dat ed. Steph. ὁπωσοῦν. *utcunque.* 14 poſt παρέχον ſubaudiri debet εὔχεσθαι ὑμᾶς ἀπολλῦναι, aut καταρᾶσθαι. nam hic apoſiopeſin eſſe perſpicuum eſt. verum quia hoc βλάσφημον eſt, ideo reticuit. 15 τὸ συμβαῖνον] idquod ex hac oratione mea conſequitur, quod ſententia poſtulat, et legenti cuique aut audienti monſtrat et ſubjicit ſubaudiendum. v. p. 211, 1. *pen.* f ὡς θεοὶ μὲν σωτῆρες τῷ ὄντι καὶ τὴν Ἑλλ. Conſtructio haec eſt ὡς οἱ σωτῆρες θεοὶ ἦσαν τῷ ὄντι ὗτοι, οἱ σώσαντες καὶ τότε τὴν Ἑλλάδα.

199. 2 κἀγὼ συμφαίην ἄν. 3 poſt πόθεν ſignum interrogationis eſt ponendum. 4 τοῖς λόγοις τούτοις] ſi verum eſt, et ex eo, pro vero admiſſo atque ſuſcepto, colligere fas eſt alia, ſcil. ὡς ὁ πολλοῦ τινος ἄξιον ἡ σωτηρία (p. 189, 12.) non multum referre in praelione cadas, an ſalvus ex eo evadas. 16 πυκνοῖς] f. πικροῖς. acerbis, mordacibus, amarulentis, convitiis. *pen.* recte dat ed. Steph. Ἀρχέλαον.

200. 10 recte dat ed. Steph. αὐτὸς et verſu ult. λόγος.

201. 2 loco τε recte dat codex Barocc. γε aut illo ſervato leg. eſt χάριτας τέ φησι δεῖν καὶ δωρεὰς ἐκτίνειν. v. verſu 6. et 10. 5 recte dat ed. Steph. τὴν ἐν Σικελίᾳ. 13 poſt εἶναι punctum figendum eſt. καλῶς per ſe perfectam dat ſententiam. *recte vero.* admittemus tantisper pro vero.

202.

202. 3 recte codd. τοῖς. 7 f. καὶ τὴν γνώμην καὶ πάσῃ ὅτι ταῦτ᾽ ἦν.

204. 5 loco ſecundi τῷ malim αὐτῷ. 9 recte dat codex Barocc. ἔργῳ νεῖμαι. etiamſi propter eam gratiam, quae ſolummodo verbis continetur, aliud nihil beneficii potuiſſent Athenienſes ipſis rebus tribuere. 16 f. μελλόντων μὲν ἔτι ἔσεσθαι τῶν ἔργων, καὶ ὅπως πραχθείη ἐν εὐχῆς μέρει ὄντων, καὶ μόνον ταῦθ᾽ ὑπὲρ ἁπάντων ὑπερευξάσθαι. cum adhuc modo futurae eſſent illae res, hoc genus voti eſſet eas peragi, Platonem omnium civium nomine unum haec pondere. poteſt quoque poſt ὅπως πραχθείη addi ἄδηλα ὄντας, cum nondum certo ſciretur quomodo hae res gerendae eſſent v. p. 215, 6.

205. 1 ζάλης] memini rheſin hanc apud Platonem legere, ſed locus non ſuccurrit. 3 recte dat codex Barocc. ἀ. 10 recte reſtitutum eſt e codd. Anglicanis τήια, quae ſunt rudentes vel funes nautici, κωπῆς, remiges. v. Ariſtoph. Lyſiſtr. 422. κρανία eſt haſta e corno arbore facta et βύρσα ſcutum e corio bubalo.

206. 8 recte dat ed. Steph. ἐπίκλυσις. 15 aut τοσαύτην leg. cum codd. aut τοσοῦτον αἰσχύνης. ver. ult. κατεργάσασθαι.

207. 13 recte dat ed. Steph. καὶ ἃ πετεινοὺς αὐτὸν ἦν. 18 ἐκ πολλοῦ τοῦ πρόσθεν αἱρεῖν dicitur curſor, qui curſorem alterum, cum quo de celeritate currendi certat, quamquam longe praecurrere ſivit, tandem tamen praevertit.

208.

208. ult. f. ἐὰν δ᾽ ὄντιν᾽ ὦν: nam bis praeceſſit ἐὰν conſtantia in his utendum eſt.

209. 10 maritima dicuntur τὰ κάτω, mediterranea τὰ ἄνω: eſt itaque ἄνω contari mediam in terraneos redupit. ibid. οἱ ἐξηγηταὶ ſunt h. l. iidem qui περιηγηταὶ circumductores, qui peregrinis urbis alicujus monumenta antiquitatis oſtendunt et interpretantur. nam altera ſignificatio uſitatior, ſcil. interpres religionum, hic locum non habet. 13 utramque lectionem ad hanc verſum e codd. mſtis adſcriptam probo: ſed praeterea leg. βούλωνται in conjunctivo; vel βούλοιντο. 16 probo codd. [illegible]. ſed δὴ ſervo.

210. 1 ὦ μοχθηρὲ μελαγχολᾶς] ſumptum ex Ariſtophane aut alio aliquo vetere comico graeco. 7 recte dat ed. Steph. ὑπέρ. 12 poſt Θεμιστοκλέα deeſt λέγειν. 13 aut pro ἢ leg. eſt ἤδε, aut verſu 14. ὀφλήσειν οὐκ ἔμελλε.

211. 2 recte dat ed. Steph. ἀποφεύγει et verſu 4. ἔμελε et Χαιρεφῶν. 6 ἠκολούθησε] conſenſerunt, reſponderunt; id eſt, quae vaticinia rerum ipſis eventibus ſunt confirmata. 7 συγκεχωρήκαμεν. 11 f. ἵνα μὴ τοῦτο οὕτω λέγοντος ἀργῶς, αἵρεσιν. ne ſi Apollo illud [ſuperius de ligneo munimento] ita ſegniter et negligenter [ſine ulla diligentiore expoſitione] diceret, Athenienſes exiſtimarent. aut ἵνα μὴ διὰ τοῦτο οὕτω λεγόμενον ἀργῶς. pen. aut delend. οὐ a Jebbo inſertum, et abeſt a caeteris edd., aut leg. οὐ μὰ Δία, τοὺς παῖδας.

212. 2 ſecundum ὥσπερ videtur delendum. 3 ſic diſtingui: ἐκ τῆς εὐθείας ἤδη: Μηδὲ — 5 recte codd. ἔδοξη. eris. 6 μέχρι τούτου. in eo uno ſolo imitantur et magnificant honorantque Platonem, quod ad ejus exemplum barbas promittunt, in caeteris omnibus ei ſunt diſſimillimi! 10 recte dat ed. Steph. εἰσιέσθαι. 17 φωτὶ homini et τῶν μὲν recte dat eadem et ...ρισι p. 213. 4.

213. 8 f. καὶ μὴν οὐδ' ἂν [ſcilic. οὕτως ἂν αὐτοῖς πλέον τι] εἰ μὴ ἥ γε φύσις atqui ne vel ſic quidem meliore futuri erant loco, niſi natura maris — 10 atqui hoc ſcil. ut natura maris barbaros impediret ne multitudine navium ſuarum uterentur] hoc erat illud grave certamen Themiſtoclis, illa erat ſumma ejus contentio, in hoc erat ei adhuc alius ἀγὼν non minus δεινὸς, gravis, moleſtus, periculoſus, ſcilicet perſuadere graecis, ut manerent, neque in Iſthmum auffugerent, et quia hic apud graecos ἀγὼν erat tempore et ordine rerum prior, illo altero adverſus barbaros certamine, propterea προαγῶνα appellat. Eſt itaque προαγὼν ſcrib. ultima barytona, non autem προάγων acuta penultima. 13 de Phormionis hoc ſtrategemate v. Thucyd. 2, 84.

214. 1. ταῖν θεαῖν] Cerere et Proſerpina. 5 f. χώρας προχειροτέρας ἢ Σαλαμῖς. nulla propior alia regione fuit. 7 σεμνῶς videtur ad προ-

κρίνει

κρίνειν pertinere, non ad ἀπολωλέναι. qua eſt gravitate Plato, decernit decentius eſſe atque praeſtabilius, ἀπολωλέναι ἔρημον deſertum et nudum a ſociis occumbere, quam vincere vel cum diis ſociis. 11 ταῦτα] oraculum in quo jactando hic locus totus eſt. 12 τὸ πρόσρημα] ſcil. Διὶ μῆτιν ἀτάλαντος. 16 recte dat codex C. N. Θεμιστοκλῆς. 17 ἐν Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ. id eſt παρ' Ἀπ. ut p. 216, 11. ἐν Μυκάλῃ apud Mycalen.

215. 9 recte dat ed. Steph. πεφιλοσόφηκε καὶ κατηγόρηκε τῶν πεπρ.

216. 2 τό]. l. τά. 4 οὐ μέν γε] l. οὐδέν γε. 5 propter naves, quod navibus uſi ſunt. 6 recte dat codex C. N. κἀγαθῶν. 7 f. καὶ πλείω τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν ἀνάπτει [vel ἀνατίθησι] ταύτην, ἢ τὴν ἄλλην δόξαν. in eorum poſteris magis hanc partem virtutis, quam ullam aliam, celebrat. 11 ἔδειξε δὲ ἡ ἐν Μυκάλῃ. ſcil. μάχη. aut ἔδειξε δὲ ἡ Μυκάλη. in nominativo. 16 τοῦ τὸ μὲν κολακεύειν.

217. 1 recte dat codex C. N. ἐπεκηρυκεύσατο. 5 ἐς τὸν αἰεί.

218. 1 Ἄρθμιον. v. T. I. p. 190, 13. et infra p. 303. 9 recte ſecundi οὐδὲν loco dant codd. οὐδὲ et verſu 15. κάλλιω.

219. 1 λαβεῖν ὑπὲρ] v. p. 231, 12. penult. οὐ κατέχον πρὸς τ. ἑ. ἀ.] haec non intelligo. procul dubio vitio quodam laborant. videtur aliquid excidiſſe.

220. 1 recte τῶν abeſt a cod. Barocc. et 4. recte dant codd. ἴσεσθ' ἡμῖν. 8. f. πολίταις delendum eſt ut ſcholium verborum τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως. 14 recte dant codd. προσήκειν.

221. 6 iidem recte dant πράξεις: et verſu 8. ed. Stephani πράξεις. 12 praefero βλασφημησόμεν e codd. *ibid.* comma promovendum poſt δημοσίᾳ quicunque Athenis publico nomine vota facit. contra delendum eſt comma verſu 14. poſt φορᾶς. 15 εἰ del. *ibid.* εἰς ἑκατὸν] pro ſingulis granis ſementis centena grana meſſis. 16 προσχρώμενος et πρέργω recte dant codd.

222. 4 recte dat codex C. N. ὅτῳ. 12 f. εἰ μὴ αὐτῶν τῷ βουλεύεσθαι ἐκείνους περιέσται niſi conſiliis graecos vincit Xerxes. 13 αὐτὸν. Xerxen puta.

223. 1 recte dat ed. Steph. μόνος. 2 τῶν] αὐτῶν.

224. 8 recte exhibet ed. Steph. Θεμιστοκλέης et προσήκειν.

225. 1 τὶ δὲ χεῖρον] eſt Platonis dictum, ni fallor. 4 ἀξιοῦντι κατηγορεῖν οὐκ ἔχω. quod ſi vellem accuſare, aut dignum me putarem reprehendere, non invenirem ipſe mihi veniam. 9 οὔτε μὴ πάντας. 14 ἐκείνους]. f. ἐκεῖνοι. deinde verba τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ δοκοῦντά γ' ἐκείνοις ποιεῖν parentheſi ſunt includenda, tandem pro ὡς ταῦτα κατηγορεῖν puto leg. eſſe οὗτος ταῦτα κατηγορεῖ, niſi ſi quid excidit. e. c. οὕτως ἀγνώμων ἐστι, vel ſimile quid.

226. 2 recte dant codd. γράφωσιν. poteſt quoque γράψωσι legi. *ibid.* f. κἀν ἄ γε κατορθῶσι, quae recte exarant et convenienter, ea ſunt, ab ipſis ſervata memoria et conſuetudine ex magiſtri inſtitutione. 9 ταῦτα] ſcilicet ἃ γράφουσιν ἐφ' ἑαυτῶν ὡς μὴ χρή. 6. f. οὐδ' ὧν ἐκ ὅσον neque illorum culpa eſt, quorum aliquis ἐπεχειρήσατο (ſic recte dant codd.) percepit fructum non tantum, quantum poterat percipere.

227. 14 rectum eſt Ἀθηναίοις.

228. 11 τοιοῦτον] ſcil. τραχύ. 15 ſecundum ν delend. et συνυπακουστέον aſſumendum e codd. mſtis, quod redit ad Periclem. *penult.* f. τιτοις, ὅτι αὐτὸς συκοφαντεῖ, βεβ —

229. 3 poſt ἀποφαίνειν, vel ſi mavis cum codd. ἀποφανεῖν, recte dat ed. Steph. comma. 13 τοιούτοις.

230. 6 μετεχειρίσαντο. 9 ἡ poſtremum delend. 10 ſic diſtinguo: εἰ δὲ μὴ τῶν ἑλλήνων τινι, τῶν βαρβάρων τινι, τῶν ἐν Σικελίᾳ ὄντων, ἐνεδ —

231. 7 recte dat ed. Steph. τοῖς δὲ μεθ' ἡμῶν. 10 comma ad διήμαρτες revocandum. 13 τῷ] l. τὸ aut τῆς 16 πεπονθότα ἐσὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα] difficile eſt e fragmento aut de ſententia loci aut de vera lectione pronunciare. ſi verba bene habent, ſententia videtur haec eſſe. mala haec ſunt paſſiva magis, quam activa. h. e. mala haec toleravimus inviti magis, quam ut ea a nobis profecta ſint. *ult.* Πολυκράτης] id eſt homo rebus omnibus lautis et magnis

nagnis atque illuſtribus et ſecundis affluens. v.). 235. *antepen.*

232. 1 poſt ἐτρέφε deſunt quaedam, e. c. ἴτα ἐξέπεσες, aut ἐξεβάλλε. cum enim ab initio, primis temporibus tuorum cum Dionyſio congreſſuum, ita laute paſcerere ab eo, incluſus lomi, venia in liberam auram exeundi negata, e ſi eſſes porcus faginandus, paulo poſt ita xcidiſti Dionyſii gratia, et ita ab eo abjectus s, praeter ſpem meritumque tuum, ut, niſi ir ex Italia graeca — 6 ἐκ ἠχύνετο.

233. 1 recte dat codex Bar. ὅτι καὶ Σπ. et dem recte verſu 10. addit αὐτῷ. unde locus ic eſt corrigendus ἱκανωτέραν εἶναι τὰς προσήκοντας αὐτῷ λογισμὰς. 15 recte item dant codd. ὑπερβάλλον.

234. 3 καὶ τοι γε] haec verba ad ᾐσχύνθησαν parentheſi ſunt includenda. (verum tamen in eo recte fecerunt, et laudem ſunt meriti, quod Platonis philoſophiam et gloriam ſunt reveriti.) 5 probo ſupplementum codicum Anglicanorum. ne tum quidem, quum videret hoſtes uos Aeginetas, reverentia tui ductos, religioni ſibi ducere te violare. 8 rectum eſt Αννίκερις. ſic ſolet hoc nomen exarari. 9 ſupplementum codicis C. N. hic loci non tam eſt neceſſarium, atque ſuperius, neque tamen prorſus eſt inutile. eo admiſſo locus ita eſt diſtinguendus. εἰ μὴ ταῖς σαῖς συμφοραῖς, πρόφασιν τῆς γνώσεως εὑρὼν τὰς Πλάτωνος συμφορὰς, ἀπεχρήσατο. niſi Libya oriundus homo ille Anni-

ceris tua calamitate ſuam ad utilitatem eſſet abuſus, cum Platonis infortunium inveniret ſibi acquirendae famae et gloriae occaſionem praebere. Abuſus autem ille Platonis adverſo caſu tum eſt, quum eum emit, quem niſi ipſe emiſſet, alius aere dato ſuam in poteſtatem redegiſſet. 16 μετεπέμπετο.

235. 1 οἶσθα recte dant codd. 4 poſt ἐκείνῳ recte punctum habet editio Stephani. 11 ῥεχθὲν] Iliad. P. 37. *eventu rei doctus vel infans ſapit.* aut, *infans eſt,* qui non niſi malo doctus ſapit. 15 ἔθεις] cogitabam aliquando ἔπλεις. ſed recte habet vulgata. nam et navis dicitur θεῖν, et curſori opus eſt vento ſecundo ad celeriter currendum. *ult.* ὦ ᾶτος] proſopopoeia Menelai ad Ulyſſem.

236. 7 ἐλευθερωθεὶς. per literas eum juſſiſſe plorare, poſtquam in libertatem rediiſſet. 14 ὑπὲρ ſecundum delendum.

237. 2 εἰ δὲ] eſt reſumtio coeptae verſu 12. p. 236. orationis. 17 recte dant codd. λαμβάνει. arripe atque tene id.

238. 6 μείζονα aut μείζω. 8 καί τις *et aliquis,* tum ſignum interrogationis commate mutandum eſt. 16 aut ἀπέχειν leg. ut δεῖ modo praeceſſit, aut ἀποχρῆναι, ut regatur ab illo δεῖ.

239. 5 ἀπέδειξε, ut p. 240, 11. et 247, 12. v. p. 284, 5. 9 τοὺς μὲν et 10. τοὺς δὲ leg. 15 κατὰ τὰς συμφορὰς. fuiſſent, ratione ſpirituum, ſimiles ſuis caſibus, ſecundis an

adver-

dverſis. nam συμφοραὶ eſt vocabulum medium, eu anceps, et ad utramque ſortem pertinens. 6 ἀλλ' ἂν [vel ἐὰν cum codd. mſtis] ἄς. 17 ecte codices copulam addunt. 18 ἀπογίγνεσθαι et ἀποφοιτᾷν differunt. illud eſt morientum; hoc vivorum, e magiſtri fide, tutela, ocietate diſcedentium et deficientium.

240. 3 ſi ἐν ſervatur, erit ϛρεφομένων ſubaudiendum; ſi ἐπὶ optas, adſciſcendum erit tate ταπτομένων. *ult.* μόνων.

241. 1 τήν γε πολιτείαν αὐτήν. 2 δείκνυ δ' μαρτήματα. ideſt τὰ ἁμαρτ. videtur haec ſerii eſſe clauſula. 4 κἀπ' ἐκείνων, ideſt καὶ ἐκείνων *et eorum aetate.* 9 ἔτι μᾶλλον ωθεν. 14 ἴσως ἂν εἴη τι τȣτο τὸ κατηγόρημα leret forſitan aliquid haec criminatio. deinde ſterioris τι loco mallem τῳ et verſu 16 pariter, ubi codicum auctoritas mecum eſt.

242. 7 τῶν τυράννων ȣκ εἶναι, μὴ λέγειν. 13 ωσὶ] ideſt ἁπλῶς. non omnes omnino condemnavit. 14 ȣδὲ ταῦτα.

243. 3 ὅς γε. 7 ἀλλ' ἐξ ἴσȣ πάντας ἐς δύναμιν.

244. 1 καταστοφισάμενος. v. tamen p. 291, 7 f. ὡς ὁ αὐτὸς μάρτυς. *penult.* recte abit a codd. mſtis verba καὶ 'Αθηναίοις καὶ.

245. 17 ὅσα μὴ ἀπῆν τὸ ἀτρεμεῖν] excepto od tranquillitas (animi et corporis) aberat e. praeterquam quod Neſtorem quieſcere n ſinebat illud tempus, ſed vehementer et mum ejus agitabat, et corpus quatiebat gnitudo periculi, in quod inciderat.

246. 9 recte dat codex C. N. ἐνέκειντο. v. p. 245, 1. 7 conſtructio haec eſt οὕτως εὖ καὶ καλῶς ἤχθησαν ὑπ' αὐτοῦ τὸν ἄνω χρόνον, ὥστε ἔγνωσάν τε ὃ ἔδρασαν ἀποσεισάμενοι. 12 αὐτὸ. ſcil. τὸ καταψηφίσασθαι τοῦ Περικλέους. et quod hoc (ſcil. condemnatio Periclis) contigerit prope Periclis vitae finem. nam ὥστε hic ſignificat idem atque καὶ ὅτι.

247. 1 recte dat codex C. N. τὸ τῆς εὐθ. et verſu 8. εἶναι pro οἶμαι. 10 ἤνυχει] ſ. ἠγηόχει. rexerunt. ab ἄγειν. 15 recte dat codex Barocc. Καλλαίσχρου. gemino λ. 16. ἡ delendum.

248. 15 recte dat codex Barocc. ὁπόσων τινῶν αἴτιοι. transpoſitis vocabulis. 18 mallem τι abeſſe, aut cum του permutari. deinde punctum commate mutari debet.

249. 5 ἀπώνατο. 6 recte codices dant ποιήσομεν. punctum quoque pone ἴσως promovendum. 16 πολλοῦ aut cum πολιοῦ eſt mutandum, *ſenem canum*, aut leg. γέροντά τε εἶναι, καὶ ὀλίγου καὶ παραφρονεῖν. ſenem eſſe et paene jam deſipere. *ult.* recte addunt codices articulum.

250. 5 iidem recte dant μεστά. 17 φαίνεται. 18 ἀλλὰ καὶ ἀπὸ [vel ἐκ, vel διὰ] ταύτης αὐτῆς (ſcil. τῆς γραφῆς) per hanc ipſam cauſam forenſem.

251. 1 τινα non redit ad κωμῳδίαν, neque eſt generis foeminini, h. l. ſed maſculini, et redit ad συνθέντα. *aliquem qui compoſuiſſet.*

252

252. 3 αὐτῶς. 8 f. καὶ καταλέγων ὡς ἁμ. t recenſens, enumerans ut peccata vel erroes. 15 recte dant codd. ἰσχυρόν τι et verſu 6. ἔχειν. ſi potuiſſet, Plato puta. ſi, qui Peclem cum ſociis condemnarunt, potuiſſet eos lato duodecim diis comparare, temperaſſet empe ſibi a probris in eos effundendis. Eſt ictio ironica, argumentationem habens ab ſurdo. *penult.* aut αὐτοῖς leg. hic eſt, ut cum ocrate Plato ſignificetur, aut, ſi αὐτὸν hic ree habet, et ad Socratem ſolum pertinet, erſu quoque ultimo erit ἐκεῖνον leg.

253. 6 ταύτῃ γε] hac certe parte culpae cabant, et injuria dicuntur populum corruſſe. ſi fuerunt criminoſi, non certe populum men corruperunt. 11 poteſt rectum eſſe θῶς ἐκεῖνα κατεγνώσθη, idemque valere atque θῇ ἣν ἐκείνη ἡ κατάγνωσις. fuit tamen cum conerem ἐκείνων. 15 recte dant codd. ἐκείνοις. obo quoque ἐκείνους, quod verſu 16. addunt dices.

254. 1 ἐκείνους leg. deinde aut del. εἰ, aut ;. εἴ τι προσέπταισαν. 8 αὐτοῦ] Platonis puta. d, quod res eſt, de ipſius quoque Platonis putatione volumus affirmare. vult dicere, ſi um volumus Platonis diſputationi nomen ponere, eſt ea, non, quae videtur, accuſa, neque populi Athenienſis, neque quatuvirorum, ſed ambarum illarum partium deſio. 9 πρὸς μηδένα.

255. 2 καὶ τῶν θείων. *addam vero etiam di-vinarum. ibid.* recte dat ed. Steph. συλλήβδην 9 ſic lego et diſtinguo: τὰς κυβερνήτας, λέγω δὲ τοὺς ἀρίστους, ἀεὶ — 18 diſtingui ſic malim ἀδελφὸς ὤν, καὶ ταῦτα καὶ Δύσπαριν. μ. π. καὶ quamquam eſt ejus frater; eum et iſta appellat, et Δύσπαριν. h. e. Parin quidem eum appellat, quod eſt ejus nomen; verum cum aliqua tamen acceſſione ignominioſa. ταῦτα redit ad μαλακὸν et δειλόν, ingerebat ipſi et iſta, quae paulo ante appellabam, convitia mollis et ignavi atque imbellis hominis, et —

256. 3 τοῦτο. etiam in Mercurii artibus, ut mercatura, eloquentia, dialectica, fieri nonnunquam, ut ſuperior ab inferiore vincatur. 5 ταύτῃ etiam hanc ob cauſſam, hac ratione, meretur Mercurius κοινὸς appellari, quod in artibus ingenii communis eſt, h. e. tam praeſtanti, quam inferiori, ſe aequum praebet, ambobusque per vices victoriam largitur. 6 aut delendum eſt ἂν ex auctoritate codd. aut ejus loco leg. eſt ἀγώνων. *ibid.* aut πολεμίων aut πολεμικῶν, aut ἐμπολέμιων. nam ſubauditur ἀγώνων. 7 recte dant codd. ἔχειν et verſu 9. ἴσῃ. *ibid.* Polydamas ille Lycius, qui Trojanis militavit, Homero de arte ſagittandi, ſed et de perfidia celebratus, hic non ſignificatur, ſed alter ille multo recentior, Scotuſſaeus, qui Olymp. 93. pancratium vicit, et cujus infra quoque p. 407, 11. mentio iteratur. v. Corſini Ind. Olympionicarum, et, praeter auctores ibi laudatos,

ıtos, Dion. Chryſoſtom. p. 656, 1. 14 ἐν ϑηνϊαίοις] ſubaudi κριταῖς. h. e. inter homines telligentes laudum poeticarum, judicio praeıntes, ad rectum, verum, elegans, praeırum, urbanum, a pravo, ſordido, turpi et ſiceto diſcernendum. Canteri notula ſigniſat, adverſum illum caſum Sophocli in Oepo, non Coloneo, ſed tyranno, eveniſſe. 5 vel hoc ipſum Sophocli ignominioſum eſt atque pudendum, ſi quis tanquam laudandi us cauſſa diceret, eum praeſtare Philocli. m malus poeta enim eſt Philocles, ut cum ɔphocle in contentionem venire nullo modo ɔſſit, isque Sophocli vel maximam faciat inı am, et dedecus adſpergat turpiſſimum, qui ım ajat Philocli praeſtare. *ult.* recte dat ed. teph. ἔπω.

257. 1 πω] l. τω ſine accentu. *alicui.* 4 ησὶ) Homerus puta. 6 comma poſt ϑέσει ɔllendum. nam ſubauditur ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ, vel λλοτε ἄλλῃ digitus idem, ſed aliis alias modis onformatus, nunc mille, nunc unum valet. f. κατὰ τἄλλα τε, καὶ ὅτι ἐχ ὅσον. 16 σρέɔει. 17 recte dat codex Barocc. πρoεχόντων rimorum et principum in quaque re.

258. 3 τόν τε δὴ Πολυπ. 4 τῦτο] ſcil. τὸ ίπτειν τὸν δίσκον. ἑτέρας] h. e. κεχωρισμένης ἀπὸ ῆς ἕξεως τῦ πάλλειν τὸ δόρυ. fac habilitatem jaːtandi diſci aliam eſſe ab ea, qua pollebat Ajax ɿuatiendae haſtae. h. e. affirmes, per me licet, ıon ideo, quod haſtam bene vibrabat Ajax,

 neceſſe

neceſſe fuiſſe ut diſcum quoque melius jacularetur, quam alii. *ibid.* f. εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἐλάττων ἦν. ſed fac eum in hac quoque parte (in luctando puta) aliis conceſſiſſe. ſi ſervatur ἔλαττον, neceſſe eſt ἠπίστατο deeſſe, aut ἴσχυσε, aut ſimile quid. 8 recte abeſt ὡς a codice Barocc. ut e fine proximi vocabuli natum. 11 aut ab auctoris errore memoriae, aut librariorum culpa diſtractus eſt a loco ſuo verſus τῶν ἄλλων Δαναῶν. nam ab Homero Iliad. P. 279. poſitus eſt poſt verſum Αἴας ὃς περὶ μὲν — 15 ἐπιθήκην] ſubaudi τοῦ Αἴαντος. frater Ajacis Teucer eadem fortuna utebatur, quo fratris eſſet appendix, aut, quo ea eſſet appendix velut et mantiſſa fortunae Ajacis. ad ἐπιθήκην ſubauditur πρὸς vel εἰς. appendicis gratia.

260. 3 τὴν δίκην] aut ambo vocabula ſunt a ſcholiaſta profecta, aut certe poſterius. 5 ex auctoritate codicis C. N. ſic locus eſt integrandus. ἀδικεῖν μὲν ἔδοξεν, ὅτι δὲ οὐ δικαίως ἔδοξεν, αὐτός συ λέγεις. 12 recte dat ed. Steph. τελειότατον et verſu 14. οὐδὲν διέφερον. poteſt tamen τελεύτατον (quod idem eſt atque τελεότατον) quodammodo probari, ut Cicero ultimum et extremum ſaepe pro ſummo et perfectiſſimo ponit. 14 οἱ δὲ] l. ὁ δὲ. *ille vero.* Plato nempe. nam quae ſequuntur, ea Platonis eſſe verba, patet e verſu 17. ſubauditur in ὁ δὲ, φησί, quod modo praeceſſit. *ibid.* ἑκατέρας] ſeorſim ambas, vel potius, ad primigeniam ſignificationem unumquemque pedem aut unam quam-

quamque manum ab altera. *penult.* προσπαίζει μετὰ τῆς τραγικῆς. Plato ita ad nos jocatur poſt tragicos, h. e. exemplo tragicorum invitatus. *ult.* ἐπὶ μειόνων in rebus minoris momenti, nedum in cauſa capitis, qua major et gravior alia nequit eſſe. opponit autem τοῖς μείοσι τὰ τῆς σωτηρίας, p. 261, 1.

261. 14 delendum primum punctum, quod etiam in Stephanina non eſt, et alterum commate mutandum, ut etiam latina Canteri monſtrant. 17 ἐπεὶ] paulo obſcurior eſt hujus vis particulae. vult dicere. recte faciemus quatuor virorum noſtrorum collegio tribuentes beneficium excuſationis communis, omnibus hominibus ab ipſo Platone ſuppeditatae — quoniam hoc etiam recte Plato pronunciavit, praeter deum et fortunam adhuc eſſe tertium aliquid, in rebus humanis potentiſſimum, artem puta.

262. 8 γε] l. τε. *ibid.* recte ſimplex εἰ praeſtat codex Barocc.

263. 6 ἐπιεικῶς] *ſaepe.* 9 ἐκινδύνευσεν — αὐτῷ] ab eo [Platone] fingitur incerto eventu cauſſam ſuam dicens et capitis periculo defungens. *penult.* τοῦ πράγματος] ideſt τοῦ εἶναι δῆμος. naturam ſuae conditionis. erat autem τοῦ δήμου πρᾶγμα τὸ εἶναι δῆμος, et hujus rei naturam cum non poſſet effugere, neceſſe erat ei peccare eo modo, quo alii omnes populi peccare ſolent.

264. 9 recte codd. τὴν γνώμην et βελτίȣς dant. 13 ȣ̓ τῶν φαυλοτέρων ὂν cohaeret cum τȣ̃ μηδ᾽ ὅλως εἰπεῖν. quapropter punctum poſt εἰπεῖν tollendum. illis eſſe, ad illos pertinere conatum ſuadendi optima, qui conatus eſt in numero rerum non deteriorum, quam plane nihil dicere. haec eſt λίτωσις quae rem auget. vult dicere: qui conatus utique melior eſt quam plane tacere. 15 poſt συμφέροντα aut poſt γένηται deeſt τὸ πταῖσαι ἐςὶν ἢ aut ſimilis ſententia. 18 recte dat ed. Steph. ὅσπερ.

265. *penult.* recte codex C. N. χεῖρον et διείλεκται. et ſic quoque p. 269, 13.

266. 3 recte rurſus codd. φιλονεικῆσαι et ὧδε πως. 9 τοσȣ̃τον ἐδέησε. 13 recte codd. ταὐτὰ βȣλομένη, et v. 17. εὐθῆνȣσι.

267. 4 probo varias lectiones ad h. v. adſcriptas. 16 recte dat ed. Steph. τῶν ἄνω. 17 comma pone ὑποθέσεως promovendum. *ult.* rurſus recte dat ed. Steph. τῆς loco καί.

268. 4 θεραπείας aut θεραπευσίας. 12 τὼ ἄνδρε] Plato puta et Demoſthenes. 14 ὅ γ᾽ ἐβȣλόμην. 19 εἰ μή τῳ ut p. 269, 14.

269. 2 recte codex Bar. τȣ̃ λόγȣ. 6 λέγει. 7 μὲν] recte dat hujus loco ed. Steph. μή. 10 συνάπτει. 19 recte codd. ὡρμήθη.

271. 11 recte codex C. N. ἡμῖν et ſic ſupra quoque editum eſt p. 263, 10. *penult.* δεῖ] recte dant codd. δή.

272. 1 γε cum τε eſt mutandum et hic et verſu 6. p. 273.

273. *penult.* recte codd. κατ' αὐτῶν.

274. 2 praefero τό. 18 ἐκεῖνο: ſed videtur aliquid deeſſe.

276. 1 βέλτιςοι. 6 poſt εἶδες aliquid deeſt, τούτο ἰσχυρόν vel ſimile quid. non enim hoc firmum argumentum eſt, aut cauſae Platonis conducit, quod dicit, οὐ πώποτε εἶδες. 10 recte codices κατηγόρων.

277. 1 f. καὶ ἐκεῖ καὶ ἄλλοθι. 16 τε] l. γε. 17 τοὺς] l. τοῖς.

278. 3 ὢν οὐ] l. οὐκ uno vocabulo. non fugiebat eum quanti faciendus ſit Solo inter vetuſtiores. 12 πάρ' ἃ βέλτιςα. 14 Φὺς in ſecunda perſona. verum tamen, quid ais, mi Plato? tene Solonem ad poetas referre, aiit eumne illuc oportere referri? 19 ſi oporteat eloquentiam ex eo vituperare, quod poeticarum laudum ei nonnihil inſit, perinde eſſe, utram vituperes.

280. 7 φαίνεται δὲ καὶ οὗτος. 12 ταῦτα. 13 γε aut delendum cum codd. mſtis aut mutandum cum καί.

281. 2 aut πρός γε delendum, quod etiam codd. deeſt, aut tranſpoſitis vocabulis leg. καὶ πρός γε τοὺς εἰς Κ. *et praeterea quoque.* 12 recte dant codd. εἰ μὲν γὰρ ἄλλως ταῦτ' ἐςὶ λόγου χάρις. nam ſi mera haec ſunt verborum lenocinia. *penult.* τῶν Μηδικῶν praeteriit Canterus in latinis et ſuſpecta ſunt. deinde poſt δὴ deeſt διαφέρεται, ἢ ὃ λέγει vel ſimile aliquid.

282. 9 δι' ἣν δυλεύοντες τοῖς τε νόμοις καὶ τοῖς ἄρχυσι [v. verſu 12.] ζῆν. aut alias τε eſt delendum, ut codici Barocc. deeſt. 10 δίδως utroque loco. 11 γενομένυ. 12 ἐμβαλὸν. *pen.* ῷ rectius dant Noſtri libri, quam Platonis ὄν. ſed comma poſt νόμοις promovendum. in ᾧ ſubauditur ἐν vel σὺν.

283. 4 τίθης et ἐπήνεκεν in perfecto ab ἐπαινεῖν. laudavit. v. verſu penult. 5. πανηγυρίζων] tam in oratione panegyrica, illa puta, quae in Menexeno exſtat, quam in libris de legibus. *penult.* ἐπηνεκὼς] ſubaudi φαίνεται, e verſu 14.

284. 5 ἀπέδειξε. ut verſu 14. 16. πρεστίθει γὰρ ſunt Noſtri verba. ab εἰκότως autem incipiunt verba Platonis. *adde quoque, lector, haec Platonis verba* : Recte igitur etc.

286. 6 δὲ del. 7 recte codex Barocc. διεχείρισεν. *ibid.* ὐκ eſt delend. 16 ὁμῦ τέσσαρες καὶ δέκα. *penult.* recte poſt αὐτὸν punctum collocatur in ed. Steph. *en aliud exemplum.*

287. 6 γε] l. τε. 10 recte codd. Φαίακε et 17. ἐθέλοι. 13 ὁμῦ δὲ] alludit ad Anaxagorae ſcitum.

288. 10 poſt γέγραφεν videtur haec ſententia excidiſſe. ὁ δ' ὐ γράψας γέγραφεν. *qui ſcripſit* [Plato,] *is non ſcripſit, et, qui non ſcripſit* [Socrates] *is ſcripſit.* 14 τῷ παντὶ βελτίω.

289. 2 τῳ ſine accentu. ſitne autem alicui utile navigare. *ult.* elegans, et ſine dubio ab Ariſtide profectum affertur ſupplementum e codd. mſtis de cane Aeſopica.

290. 1 τὰ τούτων τίνι χρήσασθαι καὶ πάλιν μὴ ἔστ, ἐπ' αὐτὴν ἔρχεται. 5 δὲ] l. τε.

291. 4 ὅτι] l. ἔτι. 7 αὐτοῦ] l. uno voc. ὐτοῦ. 9 comma poſt ἀεὶ promovendum.

292. 4 ἔλαττον] l. ἄττον *volitans, vagans uc illuc,* aut εἰκῇ ἄττον. 13 non reperio quo oco Homerus ἥμερον καὶ δίκαιον ἄνδρα dixerit.

293. 17 ἔξοχον ſententiae adverſatur. num χατον καὶ δυσχερέστατον. ſed non ſatisfacit.

295. 16 βούλεται recte dant codd.

296. 1 poſt ἔχω videtur συνιδεῖν deeſſe 2. tem poſt δήπουθεν, videtur αὐτῷ deſiderari. *ibid.* ω ſine accentu. *quam ut ille alicui videatur ce-lere.* 6 poſt ἐστι excidit ταὐτὸν δύναται τῷ, aut ηλοῦν βούλεται ὅτι aut ſimile quid. 10 poſt μολογεῖται videtur aliquid deeſſe. e. c. ὅτι δὲ αὶ τοῦ ὠφελίμου φροντίζουσι καὶ τοῦτο ὁμολογεῖται. ὺ δὲ τοῦτο οὐκ εἴρηκας. vel ſimilis ſententia. Con-entiunt omnes in hoc, ſuavitatem conſectari lithyrambicos eorumque ſocios, comoedos, ragoedos, ſed utilitatem quoque eos ſequi, convenit inter omnes. tu autem hoc diſſimula-ſti, eoque minus dixiſti, quam oportebat, quatenus tantum detraxiſti ipſorum laudibus, quantum addere debebas. 14 ἀνέπαυσας] colloquentes perſonas a colloquio abſolvis, con-iceſcere et reſpirare ſinis, et deinceps rurſus eos ἐπεισήγαγες reducis in ſcenam et rurſus lo-qui atque agere jubes. 18 δὲ delend. niſi

paulo

rere decreverant. 13 εἰ δὲ μὴ] verba haec vehementer corrupta non expedio. id unum intelligo pro οἴονται l. eſſe οἴσονται. 17 ὦ γεννᾶιε recte dat ed. Steph.

307. 8 recte codex C. N. ȣ πάνυ. 9 comma a βοὸς ad τριῶν revocandum. Simiae Archilocheae habentes, non jam ternos colores, quales Archilochus finxit, ſed binos, nihilque diſcrepantes illis ſtragulis, e multis pannis conſutis, quibus in neſcio qua comoedia inducitur induta vacca. 10 non expedio corruptum hunc locum. cogitavi aliquando τὰ δὲ ἔνδον, ἃ ȣκ ἂν ἄλλος συνειδείη αὐτοῖς, interiora ejusmodi, ut nemo facile alius ipſis eorum ſit conſcius. h. e. ut ea ſedulo occultent omnesque celent. 12 ταὐτόν ἐςι] ſcil. πρὸς τὸ κωμάζειν καὶ ἀσελγαίνειν. ibid. δυνηθεῖσιν] ſcil. τȣ̃το ποιεῖν. nox et dies idem ipſis facit, in poteſtate quidem conſtitutis. ideſt potant, ligurriunt, pergraecantur, volutantur nocte dieque, cum licet. vel etiam, (ſic enim item poteſt reddi) multum in rep. potentibus. nam δύνασθαι ſimplex idem valet atque μέγα δύνασθαι ἐν τῇ πολιτείᾳ, quo ſenſu Demoſthenes et Dio Caſſius h. v. ſaepiſſime uſurpant. *ult.* ſervo ἀπιςίαν propter ſequens παρακαταθέμενον. in fidei commiſſis apparet eorum perfidia.

308. 1 recte codex C. N. αὐτοί. 5 recte omittunt codices οἱ et verſu 9. ὀφθῆναι. 12 ſic lego et diſtinguo ὅτι πάντας ἀποκναίȣσιν ἀηδίᾳ λιπαρȣ̃ντες. ὁρώμενοι πρῶτον ῥᾷον — λιπαρεῖν eſt

non

on ſolummodo pertinaciter rogare, flagitare, ed etiam, idque hic loci, conſtanter adhae-
eſcere, inſequi, comitari, ut ille garrulus Ho-
atianus, non miſſura cutem, niſi plena cruo-
s, hirudo. verba ἐρώμενοι πρῶτον αἰτοῦντες ſigni-
cant, qui cum primo quoque ſtatim congreſ-
u eum citius audeant, quae non decet, rogare,
uam alii depoſcere ſibi debita. 15 ἀξίως]
ecipiunt munera, non minoris illa, quam
ecuniam, facienda. 16 τῷ δόγματι] ſcilic.
ecuniam acceptare ſapientem haud decere.
7 philoſophos illos barbatos, coma et vultu
t ſententiis horridos, appellat Gorgonas, quod
culis et obtutu ſuo exanimant intuentes. 18
καπηλεύεις] ſcil. τοὺς τῆς φιλοσοφίας λόγους. miſces
t contemperas praecepta virtutum, prout
uemque vides familiarium aut ferre aut cupe-
e, meracius, aut dilutius. *ult.* diſtinguo ſic.
ύνηται? Ῥᾷόν γε θρέψεσθε aut θρέψαισθε. ſane
c vos facilius aleremini, vel facilius victum
obis pareretis.

309. 1 ἤδη delend. aut cum νὴ Δί' eſt per-
nutandum. 12 διορύξαι. 13 αὐτοῖς. 16
ecte dat ed. Steph. κόσμου. *ult.* comma ad
ροκόψοντ retrahendum.

310. 5 λέγουσιν, ἃ λέγουσι, κακῶς. 9 κρινό-
μενοι tanquam ſi judicarentur. et ſic quoque
Canterus. 10 δίδυμος non intelligo. Can-
erus ad verbum reddidit. num αἰδέσιμος an
λοίδιμος. 11 ſimile hoc de fure non intel-
igo. 15 τὸ σῶμα.

311. 3 λέγων. 5 f. φιλοσόφων τ' αὐτῶν καὶ τοὺς ῥήτορας. 7 recte addunt codd. τινες. 16 τό τ' αὐτοῦ. 17 quid ſibi velit γράμμα non intelligo. eſtne ſcribendi exercitatio? *ibid.* f. ἀμφοτέρων. philoſophiam tamen fecit, h. e. dixit eſſe pro utroque eorum inſtituto.

312. 5 f. αἴτιον δὲ τούτου τὸ πολλῶν αὐτὸν τῶν κατ' αὐτόν. 9 poſt φωνὴν videtur οὔτε deeſſe, cui reſpondet alterum οὔτε verſu 11. in illis οὔτ' αὖ κατὰ τὴν Πλάτωνος. philoſophia ſecundum neutrum appellationis ſonum (hoc eſt nominandi modum) in hos homines congruit, neque ſecundum illum graecorum communem, — neque ſecundum eum, qui Platoni proprius eſt. 10 τοῦτο] nondum enim tunc temporis uſu receptum erat, ut ſingulare hoc vitae genus philoſophiae peculiari et proprio nomine ſignificaretur. 11 ὀνομάτων] tam ſunt expertes παιδείας doctrinae, ut vel ipſa nomina vitae, quam amplexi ſunt, philoſophicae et ſophiſticae unde orta ſint, et quae obierint tempora, neſciant; *penult.* recte dat codex Barocc. ἐκρῖψαι. ad illud unicum ſunto utiles, ut cives eos, velut pharmacos et piaculares bene paſtos et ſaginatos ejiciant urbe ſua et ultra terminos expellant.

313. multa ſunt in hac pagina corrupta et ſalebroſa et mutila, ut contingere ſolet in exitu librorum, ubi omnium miſerrime haberi, inquinari, deteri, lacerari et mutilari ſolent codices. 4 forte ſic integres locum εἰργέσθαι

καὶ

ϰαὶ συνηγορεῖν τῇ φιλοσοφίᾳ. οἱ δὲ νῦν ἡμῶν ἀναςάν-
τες κατηγορούντων [ideſt in imperativo, pro κα-
τηγορείτωσαν] εἴπερ τι χρηςὸν αὐτοῖς [vel αὐτοὺς,
ıil enim refert] εἶναι δοκοῦσιν. Ἀναμνησθῶ —
urgant et accuſent nos, ſi quodammodo bonos
ət probos ſe putant eſſe, aut virtutis aliquid ſibi
upereſſe. 7 recte abeſt τοὺς a codice Ba-
occ. omnium hominum elegantiſſime aſſimi-
ans quosdam pro ea [philoſophia] inſtantes,
ı. e. pugnantes et pro defenſoribus ejus ſe
erentes. 9 ἐπικεκινδυνευκόσιν. 10 εἰς αὐτοὺς]
n ſemetipſis, in cauſa ſua, in excercenda ſua
hiloſophia. 11 τοιούτους] quales venire ſolent
d Olympicos ludos certaminis obeundi cauſa.
2 ἀλλὰ πρὸς κρίσι[illegible]ςὶν οὐ ταὐτόν. ad judicium
utem, vel delectum, perinde non eſt. vult
licere. par et idem non eſt, delectum habere
thletarum in ludis Olympicis certaturorum et
ngeniorum philoſophia imbuendorum. multo
ravius hoc eſt judicium, multoque major hic
dhibenda diligentia. 13 τὸν θεσμὸν] ſectam,
itae genus, diſciplinam, Platonicam puta hic
uidem loci. *ibid.* f. ἀξιοῦν εἶναι τῷ παρὰ σφίσι
ϰλομένῳ κηρύσσεσθαι. et ex eo, quod dignum
enſeant virtutes penes eum omnes eſſe, qui
elit in eorum ſchola velut praeconis voce
ut athleta victor] praedicari, vel proclamari.
4 circa τὰ μὲν eſt lacuna. 15 quantum
lituris colligo ſic ferme videtur locus eſſe re-
ituendus λαβόντας σοφιςῶν πόρρω που, ſede dele-
a procul a Sophiſtis, ἐν τῷ δέοντι κελεύειν τούτους

 καθί-

καθίζεσθαι juſſuros eſſe ut hi Sophiſtae in loc: ipſis conveniente conſideant, *καὶ νομίζειν κάλλιστ' ἂν οὕτως αὐτοῖς ὑπὲρ φιλοσοφίας εἶναι δεδογμένο* et exiſtimaturos eſſe, ita philoſophiae a ſe proſpeɛtum eſſe optime, *εἰ τοὺς τῷ ὄντι κωμάζοντας ἐπ' αὐτὴν ἀποκρίναιεν. ὥσπερ καὶ ἡμεῖς οὐχ ἅπαντας* — (caeteris reſeɛtis, quae a librario perperam eſſe iterata manifeſtum eſt.) ſi eos qui bona fide ad philoſophiam concurrerunt, amore ejus divinitus injeɛto ardentes et commoti a caeteris ſegregarent.

314. 1 f. *ἐπεὶ φιλοσοφίας γέ μοι (εἰ καὶ αἰσχρὸν καυχᾶσθαι) μετῆν ὥσπερ ἂν ἄλλῳ τῳ τῶν τοιούτων.* nam et ipſe ego, ſi quis alius horumce hominum, philoſophiae ſacris initiatus ſum: quamquam turpe eſt gloriari. 3 poſt *θνητῶν* videtur *δοκοῦσι* deeſſe. quorum ea erat exiſtimatio, ut hac in parte hominum non multis cedere viderentur. fort. quoque *οἳ* deeſt ante *καὶ*. 4 reɛte dat codex Barocc. *ἔχει*. 5 poſt *ἀνθρώπων* lacuna eſt. 7 primum *τε* codici Barocc. reɛte deeſt. 11 *τούτους*] adverſarios meos, Sophiſtas, philoſophos commenticios et falſo nomen hoc ſibi arrogantes. 12 poſt *οὐδὲν* rurſus eſt lacuna. 14 reɛte dat codex C. N. *ἐπιτρέψαντες*. *ult.* *ὅτι*] f. *οἳ* vel *ὅσοι*.

AD ORATIONEM PLATONICAM TERTIAM, QUAE EST AD CAPITONEM.

315. 1 *φαίην τιμῶν* idem eſt atque *φαίην ἔτι τιμῶν*.

μῶ. mallem tamen τιμᾷν. 4 f. εἰ καὶ μηδὲ ... γὺς ἐκεῖνον. 5 προκατείληφαι.] ſubaudi ὑπὸ ... Πλάτωνος καὶ τῦ πρὸς αὐτὸν ἔρωτος καὶ τῆς κατ' ... ὐτὸν δόξης, ὥστε αὐτὸν πλείονος ἡγεῖσθαι, ἢ ἐμέ. recte dat ed. Steph. δεινοί.

316. 1 ἐκ τρίτων videtur ſignificare quaſi ter... am quandam in hac cauſa perſonam ſuſtinens. ... oſt duas illas ſuperiores, quae dudum hanc ... auſam egerant, (primam Demoſthenes, alte... am Leptines reus,) tertiam nunc Ariſtides exer... itii cauſa commentatus erat. ſubauditur μελε... ημάτων. 3 f. ἐπετέμνετο, in compendium ... iſerat, breviter enunciaverat. 7 video ... uidem ſententiam, ſed verba corrupta ſanare ... on poſſum. ſenſus eſſe videtur hic. praedice... am, in oratione mea adverſus Leptinem inven... urum eſſe Maximum nova et ampliora atque ... uculentiora argumenta nata et producta ex ... llis, quae Demoſthenes in oratione ſua brevius ... erſtrinxiſſet. in codd. quibusdam eſt ἐφευρημέ... ος. f. leg. ὅτι πρὸς Λεπτίνην ἐφευρημένας ἐν τῷ ... ρὸς Λεπτίνην εὑρήσει. In ἐφευρημένας ſubauditur ... γχειρήσεις, vel αἰτίας, vel ſimile quid. ἐφευρίσ... κειν eſt ſuperinvenire, vel poſtinvenire, ſcil. ... dinvenire nova poſt antiqua, nondum dicta ... udum dictis adjicere. 10 κάθημαι] ſedeo ... judex in hac cauſa, ſtudioſus Demoſthenis, ... adeoque tibi, qui ejus aemulus es, iniquior. 14 f. ὅτι δ' ὐκ ἔδειξα, ἔφην, ἰδὲ τὰ ἆθλα. ... autem adverſariam meam nondum in lucem edidi orationem, ejus rei vide cauſſas, ea prae-

mia, quae me manent, propoſita ad tanto libentius ſubeundum certamen. nam ſi vincar a Demoſthene, meaque ſpe et propoſito excidam, hoc me manet, ut inſanire videar, qui cum tanto heroe in certamen deſcendam, nihilque plane in genere dicendi valere. *ult.* τέτων] Platonis et Demoſthenis.

317. 5 καὶ φίλυς κοινὺς, εἰκότως ἂν πιςεύειν ἀλλήλοις ἔχοιμεν. poſtremum quoque codices confirmant. 7 recte dat ed. Steph. ἡμῖν. 8 δέξασθαι] capere, intelligere. 9 pro εἰ cogitavi aliquando οἱονεὶ vel ὡσπερεὶ. ſed recte habet vulgata. quamquam Platonis ſcripta tanti ſunt facienda et tam religioſe reverenterque habenda, atque myſteria; nulla tamen praefatio neque denuntiatio tanquam a templo profanos arcens me ab eo abſterret. 10 κατ' ἐκεῖνον. quod etiam Canterus expreſſit. ſive ego tum ex ejus (Platonis) ſententia locutus ſum. illud *tum* τότε reſpicit ad omiſſum ſubaudiendum. quum ego laudarem aliquo in conventu rhetoricam, eamque negarem a Platone reprehenſam eſſe. quam voculam barbatus aliquis philoſophaſter Platonicus, ſed ille Platonis nihil praeter barbam imitans, exceptam reprehendit. 11 νῦν] poſtquam ſcriptis et editis ſuperioribus diſputationibus antiplatonicis demonſtratum dedi, Platonem, quum videatur mecum diſſentire, tum eundem optime conſentire. 12 μέσος ἐγγενέσθαι] fateor me haec verba non intelligere, niſi μέσος eſt, quem amore quodam

medio-

diocri, non ſummo ardore ſtudii, et benevolentiae, proſequaris. 13 γε] l. τε. penult. γγεα in nominativo. ult. f. συγγίνωσκε δὲ, ὅπως, καὶ μὴ τιμῆς ἀξιοῖς, ἀλλὰ τέτε γε [ſcil. τῦ γινώσκειν] ἀξιοῖς. ignoſce, quo, ſi non hore, ſaltim venia, digneris. tum incipit tratio a verbo Ἐφησθα. dixiſti. nam ſuperiora it praefationis loco.

318. ult. Verba ὥςε εἰ δεῖ καὶ τῦτο εἰπεῖν ἐν τοῖς τέτοις ſupra p. 70, 6. unde locus hic mtus eſt, non leguntur, neque video quid i velint. per me itaque licebit ut deleantur, aeſertim cum ſtatim loco ſuo recurrant p. 19, 3.

319. 1 μήπω τοσῦτον] l. μὴ τοσῦτυ ut p.), 6. exſtat. 5 διαβάλλω ut l. c. legitur. 9 ἐν πρεσβυτέρων. 10 recte dat codex Hyp. ρῆν pro ἐχρῆν. et ſic quoque verſu 16. deet reſtitui.

320. 6 locus exſtat p. 73, 13. 8 recte at codex Hyp. φαίνῃ. nam ſic p. 73, 15. quoue legitur. 15 ὃ] l. ὃ e p. 74, 5. ult. ſic iſt. τὸ τἀπόρρητα.

321. 1 τις] l. τι aut τινὸς. 2 diſtingue τίς ἦν? eſponſio τολμᾷν. — 8 αὐτα] l. αὖ. 9 πανόδυ] eſt quod recapitulationem appellanus, ſeu argumenti brevem et per capita reenſionem. 11 ὑμεῖς] cujusnam urbis in:ola erat Capito? Smyrnaene? Sane ibi Olympia quoque celebrabantur. 14 recte lat codex Barocc. προοιμίυ. poſt καταςάσεως

videtur deeſſe ἐπῃσθῆσαι vel ſimile quid. 11 neceſſarium eſt ſupplementum, quod codex praeſtat, ideoque locus ſic corrigendus ἐν ταῦθα μᾶλλον. ἐν αὐτοῖς γὰρ ἔγνως, ὡς ἐπαινέσοντες.

322. 3 ἔχων συνέχειαν] dictio ſuſpecta. ſententia ſubjicit quid ille ſibi velit, hoc nempe, alium aliquem oratorem perſequendo ſuo argumento et orationis filo intentum ſui obliviſci. ſed vereor ut ἔχων συνέχειαν hoc ſignificet. διώκων συνέχειαν aut ἐχόμενος τῆς συνεχείας, aut ἐλθὼν διὰ συνεχείας, aptius eſſet. 5 παρὰ ταῦτα. propter hanc meam adverſus eum diſputationem. 7 καὶ delend. *ibid.* ὑπέθηκα. 11 τοῦ] recte dat ed. Stephani τοῦτο. nam ſequitur τοῦτο δὲ verſu 14. forte quoque γὰρ addendum, ut ſit, τοῦτο μὲν γὰρ περὶ — contra vero γὰρ verſu 12. deletum eam. 15 καὶ medii loco l. κατὰ.

323. 7 antequam inſpicerem var. lect. conjiciebam ἐπίςασθαι, ὅτε καὶ τούτοις σχ. 9 παρ' αὐτοῦ] l. ὑπὲρ αὐτοῦ. 11 δεῆσον. *ibid.* mira dictio παράκλησιν ἐπιμελείας ἑαυτῶν pro παράκλησιν πρὸς ἐπιμέλειαν ἑαυτῶν. 12 aut deeſt aliquid poſt ἢ πάνυ τι, e. c. ἐπειγόμενος, aut proximum οὐδὲ delend. eſt.

324. quae prave relata loco Platonis inſunt, item locis p. 325. et 327. ea ex ipſo Platone velim emendari. *ult.* recte dat codex Bar. ὁρᾶς *vide*. ſi quid e latinis certo colligi poteſt, legit Canterus ὁρᾷς.

325

325. 5 recte dant codd. ἐμȣ̃ *acrius et ſeve-us, quam ego,* et verſu 7. ϛρατείαις. 10 poſt κμαιρόμαι excidit δὲ. 12 poſt ἔτι videtur ωτέρω deſiderari. 16 πότερον ἐᾷν ὡς νῦν ;εις e Platone. 18 comma poſt ἐβȣ́λετο ›lendum.

326. 8 Γοργιείȣς. 9 f. ἐκεῖνος βȣ́λεται τὸν)μηρον διαγράφειν. 11 poſt ἐπινοῶ videtur τως aut ἀλλὰ deeſſe, punctum quoque com-ıate mutandum. 14 τὸ κωμῳδεῖν. *ult.* re-te dant codd. ἐλέγχειν.

327. 3 ὅλως aut delendum, aut cum πως *uodammodo* permutandum eſt. 4 recte dat d. Steph. ὁμιλεῖν. 5 αὐτῷ. cohaeret enim um εἰρῆσθαι. 7 f. ἀποκαλυψάμενος. 9 e la-inis patet Canterum legiſſe ἴδει. praeterea leg. πανόδȣ. 13 τίς ἕξει τίνα. 18 f. δημοσίᾳ, ἀλλ' ἰδίᾳ. *pen.* οἳ] l. ᾗ.

328. *penult* πολὺ] f. πȣ ſine accentu. *ult.* ›oſt ἂν videtur συνᾴδει aut συνεχῇ vel ſimile uid deeſſe.

329. 2 μὴ ἀνεχόμενος λέγω) ἐπηρειάσειε. τίς γὰρ — 5 εἰ τὴν πόλιν αὐτȣ̃ διέβαλλον. recte ı. l. dat ed. Steph. εἰ. 15 πλέον γὰρ, οἶ-μαί, τι τῆς τραγῳδίας Ὁμήρῳ συνῄδεσαν.

330. 2 f. ἓν τȣ̃το μόνον. 5 recte codd. ἄλλως. 10 τȣ̃ τἀληθῆ. 12 f. ὡς ὑπὸ Λακε-δαιμονίων διωκίσθησαν. v. p. 287, 3. 13 poſt ταῦτα figendum punctum. nam verba πρὸς Σω-κράτȣς ſunt obteſtatio et adjuratio. *per Socra-tem te obteſtor, mi Capito.*

AD LIBELLUM DE CAUSIS INCREMENTORUM NILI.

331. quod ſoli Nilo Noſter cum veteribus tribuit, ut per aeſtatem creſcat, id aliis quoque fluviis Africae et Indiae commune eſſe aſſeverat Abulfeda in Geographia. e. c. de fluvio Saleph ſic ait ومن جبل ونشريش ينبع نهر سلف المشهور قال ابن سعيد وهو نهر كبير يزيد عند نقص الانهار مثل نيل مصر e monte Wanſchariſch exoritur fluvius Salaph, ingens fluvius, auctore Ibn Saido, creſcens, cum alii decreſcunt, ad ſimilitudinem Nili Aegyptiaci. 3 εἰρήσεται] haec ſententia loco huic non convenit. neque enim dicit, neque poterat dicere, et cauſam quare non poſſit ſtatim addit, ſibi commentarios ſuos periiſſe, quod vere ne, an noto genere jactantiae dicat, quis dixerit? conveniret melius ἐμοὶ δὲ τῦτο νῦν ἀδύνατον σοί τι χαρίζεσθαι καὶ τὸ τῆς ἐμῆς προθυμίας ἐκπληρῶσαι. 9 videtur σοῖς aut delendum, aut cum ἐμοῖς permutandum; niſi ſi quis putet ſervos ejus, ad quem hanc diſputationem miſit Ariſtides, ei totius itineris Aegyptiaci comites adfuiſſe. 10 malim ἐπιλύσαι. nam reſolvere vel expedire quaeſtiones, eas abſolvere et reſpondendo profligare, dicitur ἐπιλύειν, non ἀπολύειν. 12 ὅτι καὶ τότε.

332

332. 1 ὄντως recte dat ed. Steph. 4 Phanon fertur ad auſtrum, ſed ad boream. iare nomen ejus hoc loco alienum videtur. t poſt πνευμάτων aegre patior τούτων deſideri, quod non ad πνευμάτων, ſed ad αἴτια rebit. 17 κατ' αὐτὸν, ſcil. τὸν Ἠριδανόν. in are Adriaticum eodem modo excurrunt, atue Padus. 18 οἱ πρὸς ἄρκτον, ſcil. ῥέοντες, t modo praeceſſit οἱ πρὸς μεσημβρίαν. penult. εἶλος ἐκ πάντων μόνος πλήθει, πάντας —

333. 9 aut del. μένει, aut leg. ἀτρεμῆ μένει. 3 μόνον πάσχειν τὸν Νεῖλον. 14 poſt ῥεύμα- deeſt ὑπερέχει vel ſimile. 15 ἐξίησι] ſcil. ὁ ἑαυτοῦ ὕδωρ, vel ἑαυτόν. v. verſu 20. 16 ὅτι el. ibid. λαμπροῖς τοῖς ἐτησίαις. 17 εἰ leg. ut ἕν. unum aliquod abſurdorum eſt, aut leg. σε τῶν.

334. 5 poſt κάτωθεν figendum punctum. innitivus ἐπιῤῥεῖν pendet ab ἔφη verſu 2. ibid. f. αὶ τῆς θαλάττης αὐτῆς ἄνω. 12 poſt παραγραφαῖς videtur φαῦλον vel ψευδῆ vel ſimile deſſe. 14 τοῦ ſine accentu eſt exarandum. allua procella. 16 δίας ex Euripidis Helena. 17 Αἰγύπτου γυῖα delend. 20 f. πρῴων εἰς ἧττον ἀεὶ θερμὴν, ἀφικόμενος εἰς πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ὧν νῦν ἴσμεν ἔτι, θερμοτάτην. delatus in Aegyptum, quae terrarum omnium adhuc nobis cognitarum calidiſſima eſt, quamquam earum, quas Nilus perluit, eſt frigidiſſima.

335. 1 quamvis probabilem et veriſimilem hanc diſputationem recentiorum temporum

uſus

uſus, et ſedulitas rerum naturas obſervandi, eam evertit, a qua didicimus in celſiſſimis calidiſſimarum regionum montibus glaciem reperiri; de caetero verum quodammodo eſt, quod Noſter negat, Nilum a liquata nive creſcere. creſcit quidem ab his undis, verum non a ſolis, ſed a pluviis potiſſimum, quae per aeſtatem in Aethiopia confertae et continuae cadunt. 9 φῆμα ἆγον. 10 ἀρχῇ] non *initio*, ſed *imperio*, *ditione*, *regione*. 17 τὰ εἴσω] *interiora aedium*.

336. 3 ἄγειν poteſt defendi et ita, ut fecit Canterus, exponi. malim tamen ἀνάγειν *Nilum in altum extollere*. v. p. 341, 6. 4 καὶ poſtremum transferendum et pone ἀλλὰ collocandum eſt. 6 f. ἐν τοῖς ἄνω τὰ περὶ τῆς ἐκροῆς. quemadmodum erat illud in ſuperioribus allatum argumentum de impedito Nili effluxu. *ibid.* τοὺς χαρίεντας. illa lepida capita. 10 f. κατέρχεται εἰς τὰ ψιλὰ (ſcil. πεδία) vel κατέρχεται ἐκ τῶν ὑψηλῶν, aut ἀνέρχεται εἰς τὰ ὑψηλά. ſignificans Catadupas. v. p. 340, 3. 18 ἐπέθει *ſupernataret*. nam ſupernataret aqua recens a pluviis in Nilum advecta, et gibboſa vel tumida ſuperficie ſeſe monſtraret innatantem priſtinis Nili undis, quemadmodum in alio quocunque flumine contingit imbribus aucto et per planum decurrente ſolum ſolidum. ſubauditur itaque in ὥσπερ γὰρ a communi ἐπιθεῖ τὸ ἐκ τῶν ὄμβρων ὕδωρ τῷ ἀρχαίῳ. 19 εἰς τὰς αὐτὰς [ſubaudi ὄμβρους αἰτίας] ἀναφέρειν. non enim

fas

s eſt unum eundemque hominem in duabus
:bus afferre cauſas easdem, eademque effe-
:a illinc colligere, et tamen ſigna effectorum
.ias alia probare. Cauſſa effecti hic eſt plu-
ia, effectum ipſum Nili incrementum. haec
uo Nilo cum aliis fluviis communicantur,
:d non item effectum ſigni. quod eſt aqua ad-
entitia velut cymba inverſa ſupernatans reli-
uis fluviis, non autem Nilo. 20 λόγος ἦν]
aberet momentum ratiocinium illud.

337. 2 opus ſuum Nilus via et ordine et
atione certa certumque ad finem modisque
.efinitis peragit, ut ſi quod aliud machinamen-
um. 7 ἐκ πληρεῖτο] l. uno verbo ἐπληρεῖτο.
; recte dat ed. Steph. τὸ τοσῦτον. 16 κἀκ] l.
αἰκ idest τὰ ἐκ, prout imbres ſeu rari et exiles,
eu crebri et ingentes ruerent.

338. 7 τάξις in ſingulari. 11 μὲν prodit
lefectum, aut cum γε eſt mutandum. 12
nalim ὕειν. 14 εἰς primum eſt delend. 18
)oſt ἀντιτύπως videtur ἐφέρετο deeſſe, quae ad-
nirationem videtur motura etiam ſi fluvius per
olum ſaxoſum et ſolidum ferretur, nedum are-
ıoſum, quale illud ſolum eſt, per quod Nilus
ertur. 19 τὰς αὐτὰς τε ὁρῶντας.

339. 1 καὶ τὰ ἄνω. 2 πολλῷ] ſubaudi
ἐτῷ ὕεται. conferta et larga pluvia ſolet infe-
ior Aegyptus irrigari. 10 f. ἐκ τῆς Πανο-
πόλεως, aut ἐκ τῶν κάτω πόλεων, aut ἐκ τῆς κάτω
Αἰγύπτου. *ibid.* ἑτέρου] l. ἑταίρου. 13 λαμπροί.
ıam ἐτησίαι ſunt generis maſculini. 15 αὐτῷ.

20

20 comma poſt ἄνω promovendum. quas nubes vos exiſtimatis hinc ex Aegypto ſurſum verſus Aethiopiam propulſas et deorſum praecipitatas Nilum implere.

340. 4 ἕτερον] ſubaudi ὕψος. 5 συναγερθεὶς. ab ἀγείρειν. coacervatus undique adſcitis copiis. 7 Canterus videtur ὑποῤῥοῆς legiſſe. ſed bene habet vulgata. nam quod Aegyptiis eſt ὑποῤῥοὴ receſſus, defluxus, imminutio fluenti, ideſt hominibus e contraria ad meridiem parte poſitis ἐπιῤῥοὴ affluxus; ut contra his iisdem auſtralibus eſt defluxus, qui borealibus eſt affluxus. 8 ſententia eſt. Nilus illo toto tempore, quo inflatur et turget, non eſt ſibi ſemper ſimilis, neque pari ſemper altitudine, neque rurſus par et conſtans eſt ejus menſura, cum exilis eſt. deinde utroque loco eſt aut περὶ aut παρὰ leg. 9 f. μέχρις ἂν τὰ γιγνόμενα ἀποδῷ. donec reddiderit menſuram debitam, ordinariam, naturae ſuae convenientem et conſuetam. 12 ὑπολείπειν. pendet enim ab ἐτάχθη. ibid. deberet δὲ poſt εἶτα addidiſſe, quia μὲν praeceſſit. ſed ſolet omittere. v. p. 342, 4 344, 17. 345, 2. 393, 7. 405, 6. 19 τοσοῦτον τὸν σύμπαντα.

341. 11 f. εἴπερ ἢ οἱ ἐτησίαι, ἢ οἱ ὄμβροι κύριοι. 12 loco ſecundi καὶ leg. aut μὴ ſimpliciter aut μὴ καὶ — ut poſterius hoc redundet. vidit etiam et expreſſit Canterus. 13 malim aut ἀξίαν aut ἄξιον ὄν. ſed prius rectius.

14

4 Λιβύης εἰς τὰ ἄνω. quamquam ſcio verba ἔρεσθαι, ἥκειν, μολεῖν ſequi accuſativos etiam
ne εἰς. ut ἥκειν πόλιν, venire in urbem. 17
ντα δὲ ὅτως ἔχοντες ἐκ αὔξοιτ' ἂν τῦ θέρευς. ſi res
a habet, h. e. ſi ſol abſumendo aquas et excando Nilum, minuit eo tempore, quo aeas eſt in partibus Africae maxime auſtralibus,
Aegypto autem hyems eſt, ſequitur, quo
empore in Aegypto aeſtas eſt, Nilum, qui
unc eſt maximus et turbidiſſimus, non poſſe
reſcere, ſed eſſe quam minimum.

342. 1 θέρμη in dativo. 2 κωλύει. 3 αὐὸν. redit enim ad ἥλιον, non ad ἰσχὺν. quae
nim eſſet dictio ἰσχύειν τὴν ἰσχὺν τῦ ἡλίυ? 6 ἐκ
ὰ βόρεια. ut etiam Canterus expreſſit. 8
omma poſt ταύτῃ promovendum, rurſus eoem auctore. 9 ἂν] l. αὖ et βορρᾶν. 10
ινεῖται μὲν γάρ, οἶμαι, [ſcil. ὁ ἥλιος] τὴν πρὸς
ρκτον. [ſubaudi κίνησιν.] nam movetur quidem
ol, ni fallor, verſus ſeptentrionem, non tanen plane ad eam pervenit. 11 loco primi
τι malim ὅτι. 13 ἰσχυρότατος leg. et punctum a τότε promovendum pone πολλῷ, ut
ſt in ed. Steph. et in latinis Canteri. 19
τι] l. ἐπί.

343. 1 f. ὧν πέρι τὰ νῦν ἐδὲν ἐπείγει λέγειν.
ἢ delendum, aut cum ἐςιν eſt mutandum.
ἐλεφαντίνην. 6 diſtinguo ſic et lego ἐς τὸν
ἴδη. Φαίης ἂν ὑποῤῥεῖν ὑπὸ τὰς πέτρας αὐτόν.
ro ὁπόσον leg. ὁπόσων. ſtatio navium apud
Elephantinam eſt a parte Catarrhactarum auſtrali,

ſtrali, Elephantina autem ipſa a parte boreali. Dicit itaque, ſive ex Aethiopia verſus Aegyptum Nilo devehariS, videbis, adhucdum adnavigans ad ſtationem navium apud Elephant. flumen ibi jam ſic anguſtum, ut putes ibi clauſum et abruptum eſſe. Dicas Nilum ibi ſub ſcopulos deſcendere, et in eorum voraginibus mergi, nunquam rurſus inde exiturum. Contra ſi ex Aegypto flumine ſubvectus aſcendas verſus Aethiopiam, videris ἴδοις δ' αὖ (ſic leg. pro ἂν) priusquam perveneris, ad Elephantinam, quum adhuc ab ea ſchoenos abſis οὐκ οἶδα ὁπόσων (ſic enim leg.) neſcio quot, ita coire montes. 8 τοῦτο] ſ. ταὐτό. 9 ἢ *ſane, ſi reliqua Herodoti examinare quis et arguere velit.* 10 γραμματιστοῦ] *ludimagiſtro.* 16 καὶ delendum, ut e fine proximi vocabuli ἕνεκα natum. 18 ὑπὲρ τῶν Καταδούπων.

344. 5 θέαμα ναυτικὸν] quod deſcribit verſu nono. 7 comma pone οὐ promovendum. 10 παντάχῃ ἔχει vel παρέχει τοὺς Κατ. 14 πόλεις] Syenem puta et Elephantinam. 18 πρῶτον μὲν delend. ut perperam e verſu ſuperiore iteratum. 20 poſt Ἐλεφαντίνης videtur haec fere ſententia abeſſe. τοῦτον δὲ οὕτω λέγοντα παίζειν ἑαυτῷ δόξαι, ὃς εἶχεν ἢ μηδὲν ὅλως περὶ τούτων εἰπεῖν, ἢ μηθεὶς. pen. οὐκ ἄλλοις. ſententia tum haec erit. jam ſi unquam veniſſet Herodotus, quod ait, ad Elephantinam, fierine poteſt, ut de iis, quae vidiſſet, primum quidem loqueretur ut de rebus non compertis

ſibi

i neque viſis, ſed tantum a fama acceptis; inde tam falſa de illis traderet, ut quaeſtio-m de primis Nili fontibus agitans, poſt-am affirmaſſet, ſibi de illis nihildum eſſe rti compertum, adderet tamen ita literis nſignare: haec audivi quidem a grammati-, et eo quidem Saitico, de rebus circa ephantinam; quibus ſe negat fidem adhibe-, cum potuiſſet aut nihil horum omnium at-igere, aut ſi eorum, quae audiſſet, nihil cere poterat, argumentis ea, quae referret, on aliis refutare, quam quibus ego nunc us ſum.

345. 1 aut delendum καὶ, aut deeſt aliquid ite hanc copulam, e. c. ἠπελέλητο vel ἠμέλησε, p. 345, 10. ὅτι recte habet. Sententia eſt. erodotus ea, per quae mendacium arguere oterat, omiſit; poterat enim urgere et ar-uere hoc primum, quod ille ludimagiſter Sai-cus origines Nili reperiſſet ἀπὸ πολλοστοῦ μέρους. ujus dictionis haec eſt vis, affirmabat ipſi lu-imagiſter ille, Nili fontes ibi loci prorumpe-, unde usque ad oſtium, per quod in mare xit, porrectus fluvius perexigua pars eſt to-us fluvii. vel unde ad veros fluvii fontes re-eunti viderentur ab illo Saita praeterita et diſ-mulata multis partibus majora eſſe illo fluvio, uem iſte totum perhibuiſſet. Emendatio anteri ad h. v. adſcripta, non ad hunc, ſed d proximum referenda eſt, nam verſu 2. loco rimi ὅτι leg. eſt ἔτι. 2 f. ἐπειδ' ἔτι οὐ ῥᾴ-

 διον,

διον, ὅτι μὴ ἀμήχανον. deinde omiſit Herodotus hoc urgere, quod facile factu non ſit, vel potius, quod fieri nullo modo queat, ut Nilus ibi loci, ubi — dictio ὅτι μὴ ſignificat Noſtro *vel potius, quidquod etiam, quinimo.* 4 ὥσπερ οἱ πρὸς τὰ ὑψηλὰ ὄρνιθες] oportebat dici: ὥσπερ οἱ ὄρνιθες πρὸς τὰ ὑψηλὰ φέρονται. ſed primum ejusmodi trajectiones non ſunt auctoribus inſolitae. deinde recte habet illa verborum collocatio, ſi ad οἱ ſubaudis φερόμενοι, quaſi dixiſſet ὥσπερ οἱ πρὸς τὰ ὑψηλὰ φερόμενοι ὄρνιθες. 5 ὀρῶν. cum ſpiritu leni; nam haec narrantem audire, idem eſſet, atque narrantem audire fluvios, non jam, quod proverbio dicitur, retro ad fontes ſuos recurrentes atque revolutos, ſed in ipſa montium cacumina aſcendientes. 10 ſed ab eo inde loco iter ſurſum ad fontes Nili eſſe longius, quem ex eodem loco deorſum ad ejus oſtium. 12 καταπεπλτου leg. uno vocabulo: vi et velut per tormentum deorſum excuſſum. 15 ἀνέχουσαι. 16 φασίν. 17 τῶν] l. τῷ. redit enim ad ποταμῷ. hi fontes, ait, ſunt συντελεῖς τῷ ποταμῷ τῷ κάτω [ſcil. τείνοντι vel προϊόντι] πρὸς Αἴγυπτον. ibid. ἀρχαίων] hi fontes non ſunt Nili totius primigenii ſolique fontes, ſed conferunt ſolummodo ſuas undas illi Nili parti, quae illinc ad Aegyptum defertur. ſic quoque jam ſupra p. 344, 18. ἄρχαιος uſurpaverat pro eo, quod ἄρχει πράγματός τινος, aut ἀρχὴν αὐτῷ παρέχει. conf. etiam p. 350, 18. 19 tanti enim non erat.

ti mea non intereat, ut ejus rei faciendae cognoſcendae cauſa tantum vitae pericun adirem. *penult.* poſt πολὺς excidit γάρ. od ſequitur, καὶ ἅπας, ὡς εἰπεῖν, ſignificat, vium jam ex eo inde loco, ubi auctus fuit dis illorum duorum fontium, integrum eſſe, i ante, prius quam id fieret, quaſi ſe ipſo nor fuiſſet. ἅπας hc idem eſt, atque ὁλόκλη- plenus perfectus, omnibus partibus conns, poteſt tamen etiam accipi pro κατὰ σας ἰδέας. *omnibus modis*, non ſolum quoad itudinem, ſed etiam aliis omnibus modis, profunditate et velocitate curſus.

346. 8 δὲ] recte dat ed. Steph. δή. 20 ἀλλ' ἐπιδεῖξαι βυλόμενος, ὅτι ὄπω — *ſed haec dixi, quo demonſtrarem* nondum certas hus rei rationes editas eſſe.

347. 5 τὴν μεγίςην] Canterus videtur ἡμέν ſupplendum exiſtimaſſe. ſed tum μηκίςην ſet aptius. poſſit quoque τάξιν aut ςάσιν baudiri vel περιφοράν. facillimum tamen et veri nillimum penes me eſt, ſubaudiri σκιὰν e prono. quo tempore ſol in aliis terrarum orbis rtibus umbram facit longiſſimam. ideſt aeſtadiebus longiſſimis. quo enim longiores ſunt es, eo etiam longiores umbrae ſunt mane que veſperae. vel etiam excidit θέρμην, ideſt ρμότητα. τὴν μεγίςην θέρμην πληροῖ. 8 τὖτο] hic reſpondet mutata conſtructione verſu 11. εἶτα εἰ τὰ μάλιςα. 9 ſ. ἐπὶ τῆς πρὸς Λιβύης. ςυς puta. 16 ἰσχύεται recte dat ed. Steph.

 mal-

mallem quoque ὃ γὰρ μέρεσι τῆς γῆς ἄλλοις κ. ἄλλοις ἐπέρχεται. 17 loco ἐςὶ flagitat ſententia ἀπολαύει. ſed terrae magis aliae ex aliis ſolis vicibus, nunc hos, nunc alios acrius urgentis, fruuntur. *penult.* f. ἐφορῶν. ὃ συ θαυμάζεις. καίτοι πέτε (ſic recte dat ed. Steph.) λοιπόν. *ult.* f. τȣ̃ καύματος ἀκμήν. v. p. 349, 16.

348. 7. f. καὶ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν αὐτὴν ἀπακμήν. *idem initium calorum et incrementorum eandemque remiſſionem.* loco primi αὐτὴν a κατὰ μικρὸν proximi, malim quoque αὐτὸς, *ipſi increſcit.* 8 ἀλλ' ἄγε δή. ut eſt Odyſſ. 492. cujus verſus haec eſt parodia, ut jam Canterus annotavit. 10 ῷ] l. ὦ. 13 μέσην] ſcil. inter illos Libycos et Arabicos montes et inter mare mediterraneum. 14 τȣ̃τον ἴσασι. Nilum ſcilicet. neque obeſt quod αὐτὸν ſequitur. nam id ad Ephori ſententiam reſpicit, qui putabat Nilum colluvione aquarum creſcere. Noſter autem Nilum ait ipſum per ſe αὐτὸν deſcendere ſine undis adſcititiis. 18 τριάκοντα πήχεις ἄγοντα] ſcil. in profundum, εἰς κάθετον, ut Noſter ait, quod non admodum magnum eſt pro magnitudine tanti fluvii in anguſtias ſcopulorum coacti et concluſi. deinde πληρȣ̃ντα cum ἄγοντα non facile concilio. πληρȣ̃ντα πήχεις ſatis erat; rurſus ἄγοντα πήχεις ſufficiebat. ἄγειν πήχεις idem eſt atque πληρȣ̃ν πήχεις, agere et implere tantam molem aquarum, quae impleat ulnarum tot et tot altitudinem. videtur itaque auctor dediſſe τριάκοντα πήχεις ἢ τετταράκοντα

τα πληρῦντα. implentem altitudinem ulnan triginta aut quadraginta. ult. f. τῷ σοφῷ þòν.

349. 10 νερήματα. redit enim ad Arabiam. ſic quoque Canterus in latinis.

350. 5 δυνατὸν. ſi vel maxime fieri queat. diſtinguo ſic. ἕως ἂν ἀπῇ τἄλλα, ἃ κωλύει. eteris paribus, ut vulgo dicitur. 15 τῦ πρμῦ. 19 αὐτὴν τὴν Αἴγυπτον. ult. πρὸς τοῖς σι. apud lacus. v. p. 361. ult.

351. 1 f. ὑπὸ Φάρυ. ſub Pharo. nam ultra iarum ſemper mare fuit. praeterea non Μάρια l Μάρεια exarari ſolet. 5 f. τῆς ἀσπόρυ. ideſt ς ἐρήμυ. deſerti Arabici, quod agriculturam ud patitur. 7 ὡ delendum. nam ſi hanc mittit rationem, eamque erroris non arguit. aut ἔδειξε γιγνόμενον. aut ἔδειξεν ἐγγιγνόμενον. onne declaravit idem fieri poſſe.

352. 2 eſt argumentum Ephori per ſermonationem introductum. qui ſtatim reſpondeır in illis: atqui neque aliam terram eſſe parier pinguem atque mollem. 5 εἶναι] ſcil. ήσομεν. quod tacite debet e praemiſſis repeti. παρὰ τὴν λίμνην] videtur Canterus περὶ τ. λ. egiſſe. non male; ſed neo opus, et videtur ulgata vel idem dicere, vel hoc ſignificare ota illa regio, praeter lacum, eſt arida. 7 ῦτο] ſcil. ἔργον εἶναι τῦ ποταμῦ τὴν Αἴγυπτον. 3 γε] l. τε. antepen. κέκλιται declivis eſt tera, deorſum vergit, ex plaga occidentali tantopere ut — ult. βαθύτερον.] ſubaudi βάθος.

353. 4 f. ὡς περὶ αὐξανομένης. 5 loco ſecundi ἢ leg. ἤ. quod ſi ergo haec quoque regio, Judaea, Libyam inter et Aegyptum jacet, aut magis quam ulla alia; humilis aut cavernoſa vel meatibus pertuſa eſt. 14 poſt γῆς aut ἐκείνης deeſſe videtur λέγειν vel ſimilis infinitivus. 16 unaque cum proximis Nilo fontibus et ſtagnis remotiora alias per ſe vacantia loca ſuſcipiunt ejus redundantes aquas. ſed proxima, ὥσπερ ὅταν οἴκημα πληρωθῇ non intelligo. *tanquam ſi cubiculum impleatur.* quanam re? ecquid inde? quo quid fiat? quid ad rem praeſentem? 19 diſtinguo et lego εἶτα ῥέοι διὰ τῆς ἐπικλίας καὶ ταύτῃ, καὶ κροκοδείλων: ult. poſt δοκεῖν comma ponendum. ſi vera tradidit Ephorus perhibens eam fuiſſe tuam ſententiam. Conſtructio haec eſt εἰ ἀληθῆ λέγει Ἔφορος φάσκων σοὶ δοκεῖν ταῦτα.

354. 2 loco εἰ leg. eſt ἢ aut εἶτα. in ſequentibus agnoſco tragici ſententiam. 6 aut καθ' αὑτὸν ἕκαςος aut καθ' αὑτὰς ἕκαςοι. 8 τί χρήσεται] ſcil. τῷ λόγῳ aut ἑαυτῷ οὕτω λέγοντι. reliquum eſt ut mireris quomodo ſit exitum inventurus ſuae diſputationi, aut quomodo poſſit eam recte et ex ſententia ſua tractare, ut quis tractat rem habilem, tractabilem, ut recte procedat et eo, quo ipſe vult, neque converſa ſuum ipſa auctorem refutet. *wie er damit will zu rechte, oder hinaus kommen.* v. p. 376, 3. 15 f. καὶ τὰ πρὸς ἕω τούτων. *ex eorum parte orientali*

ali Arabiam. 20 Ἀλλαίω recte habet idem-
e valet atque Ἀλλαιῶ.
355. 2 comma post νῦν promovendum.
ἔχειν. 5 post αἰεὶ videtur πάσας deeſſe. 7
ἔχον ἐν [vel αὐτὸ] πντις γῆς. 8 πεποίηκε]
nparavit, conſiliavit, effecit, 9 ἄν ἡ δ' αὐ
ἰς τοῖς Γαδείροις. 11 γλυκεῖν et μίνκεῖν
cumque in dativo. penult. τὸ ἄλλον ut etiam
anterus in latinis expreſſit. confirmat finis
ejus ipſius verſus. Conſtructio eſt. ὧ γάρ ἐστι
γον ἔχον [ideſt εὔλογον] ἀκολουθεῖν τὸ ὅλον τῷ
ρει.

356. 3 οἰκίσαντες. id quod etiam Canterus
preſſit. 6 ἐς πάντα duobus vocabulis.
inde ſupple αὐτὰς ἔδει νομίζειν quae omnia debe-
nt minoris facere, quam — 7 γνωρίμω] ſub-
udi κόσμῳ. 8 δύναμις αὐτῶ] poteſt ſic ac-
pi, quae fuerint ejus opes vel copiae, cum
ominum, tum navium aliarumque rerum lon-
o itineri maritimo neceſſariarum, quibus in-
ructus potuiſſet tantum opus aggredi atque
erficere. poteſt tamen, et haud ſcio an re-
tius, δύναμις referri ad πορείας. ut eadem ſit
ententia ac ſi dixiſſet τίς ἡ δύναμις τῆς πορείας
ὐτῶ ait τί ἐδύνατο αὐτῷ ἡ πορεία, quid ipſi po-
uiſſet, valuiſſet, effeciſſet, retuliſſet commo-
li ſuum iter. 9 ſecundum δὲ eſt delendum.
um multis autem domum reverſum, aut illuc
delatum [in loca incognita puta] commentum
eſſe has fabulas ipſum ſolum, easque diſſemi-
naſſe, probabile non eſt. ἀφικνεῖσθαι eſt aut

 aliquo

aliquo pervenire, aut domum reverti. utrumque hic locum poteſt habere. κοσμῆσαι idem eſt atque συμπλάσαι excogitaſſe, confinxiſſe. 15 comma poſt ἐμοί delendum. neque Maſſaliota hoc dicit (Euthymenem ſignificare videtur,) ut homo facundus, atque idem certus, cui tuto confidi poſſit. ἀρχαῖος accipio non de tempore, ſed de animo et moribus. *ſimplex, tardus*; qui facile abſurdiſſima quaeque commenta et fabulas ſtultiſſimas credat, ſibique patiatur obtrudi, et eas, quas accepit, ita reddit credulus. 19 ὡς ἀληθῆ.

357. 2 poſt refutatas Herodoti, Ephori et Euthymenis ab Ephoro excitati ſententias de incrementis Nili, jam aliorum quoque rationes examinat. 3 θερμοτάτοις. 17 poſt ἐστὶ videtur ὑπὲρ ἑαυτὸν αὐξανόμενον deeſſe. ut ſententia ſit, tanto et reliquis fluviis, et, quod adhuc majus eſt, ſemet ipſo auctiorem. aut, καὶ ὃ μεῖζόν ἐστιν, ὑπὲρ ἑαυτὸν ῥέοντα. 19 εἰ περιέστιν αὐταῖς, πῶς ἕλκουσιν. 20 f. πληρωθείσας γε οὐκ ἦν εἰκὸς, vel πῶς εἰκὸς ἀνιέναι. quamquam attraxiſſent antiquas aquas, non ideo tamen neceſſe erat, atque credibile, ut redundarent et ultra ſolitas ripas effunderentur. vel: ſi ſtatuimus eos fontes tantummodo aquas antiquas ad ſe pertrahere, qui eſt conſentaneum dicere, eos repletos redundare? *ult.* αὐταῖς. redit enim ad πηγάς.

358. 4 aut οὕτω referendum eſt ad φροντίζειν, vel potius ejus loco leg. ὅπως. οὐχ ἕξει σαφόν.

